ERATOSTHENIS

CARMINVM RELIQVIAE

DISPOSVIT ET EXPLICAVIT

EDVARDVS HILLER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

CAROLO DILTHEYO

AMICITIAE CAVSA

ERATOSTHENIS

CARMINVM RELIQVIAE

Strabo XVII p. 838 *Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα, εἴ τις ἄλλος, διαφέρων.*

[Lucianus] Macr. 27 *γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη.*

Suidas v. *Ἐρατοσθένης* (Eudocia p. 172): *ἔγραψε δὲ φιλόσοφα καὶ ποιήματα καὶ ἱστορίας κτλ.*

Addenda.

Fr. XI. Diltheyus suspicatur, a librario eum versum qui praecesserit neglegenter esse omissum; *ὀρθοῦ* enim genetivum esse qui ad *ἀνδρός* vocabulum pertinuerit; opponi igitur homini felici eum qui rebus adversis acriter repugnet.

Fr. XXX. Fugerat me, Hauptium reposuisse *Ἰκαριωνίνης* (Hermes V p. 174), quod scripturae *Ἰκαριωνειίης* praeferendum est. Poetae verba Hauptius talia fuisse conicit: *μίσημ' αὐροσχάδα βότρυν Ἰκαριωνίνης.*

VERSVS ERATOSTHENICI
QVI SVPERSVNT

ʽΕΡΜΗΣ

† ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι

* Λάδωνος περὶ χεῦμα

* αἵ δὲ πέρην Ἀρύαντος ἐπὶ προχοαῖς ποταμοῖο

φωριαμὸν δ' ὀνόμηναν, ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην·
ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισι

βαθὺς διαφύεται αὐλῶν

πέλμα ποτιρράπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο

† χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι;

ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δενδαλίδας τεύχουσα καλοὺς ᾔειδεν ἰούλους

† κρήνης Γαργαφίης

Signum crucis apposui iis versibus quos Eratosthenis esse non prorsus constat, asteriscum iis qui ad certum quoddam carmen coniectura tantum referuntur.

1: p. 19 2: p. 14 3: p. 15 4: p. 10 6: p. 17 7: p. 17
8: p. 19 9: p. 21 ἡ Naekius: ἢ et ἢν libri 11: p. 27

ἄγρης μοῖραν ἔλειπον, ἔτι ζώοντας ἰούλους
ἠὲ χενειῆτιν τρίγλην ἢ περκάδα κίχλην
ἢ δρομίην χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν

ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει,
ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδετο κύκλῳ ἰόντα
ταῦτ' ἐνάτην περὶ γαῖαν

αὐτὴν μέν μιν ἔτετμε μεσήρεα παντὸς Ὀλύμπου
κέντρου ἔπι σφαίρης· διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο.
πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο,
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή·
ἡ μὲν ἔην μεσάτη, ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρὸ
τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥά ἑ μαῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν·
αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπτηυῖαι
αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι·
οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
κεῖ γαῖαν κρύπτεσκε· περίψυκτος δὲ τέτυκται.
ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖά τ' ἀνέμβατά τ' ἀνθρώποισι·
δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι,
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
ἄμφω ἐύκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος· ἐν δέ μιν ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσι

ΑΝΤΕΡΙΝΥΣ (Η ΉΣΙΟΔΟΣ?)

* ἔκ τέ οἱ ὄσσε
κανθῶν παμφαίνεσκε Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον

12: p. 31 15: p. 51 17 ταῦτ' add. Bergkius 18: p. 53 19 ἔπι Brunckius: ἀπὸ l. σφαίρης: σφαίρας l. 20: p. 56 23 περὶ πρὸ Scaliger: περι l. 28 μὲν Scaliger: μὴν l. 29 κεῖ γαῖαν Scaliger: κεῖται ἂν l. κρύπτεσκε exempli causa scripsi: απέσχε l. 30 τ' ἀνέμβατά τ': καὶ ἀνεωβατ (οι) et καὶ ἄμβατα l. 31 ἀλλήλῃσι Scaliger: ἀλλήλαισι l. 33 ἀλδήσκουσαι Vrsinus: αὐδήσκουσαι l. 36: p. 86 ἔκ τέ οἱ: εὖ τοι l.

* αἱ δὲ πελιδναὶ
πυθεδόνες γάστρην ἀν' ὑπέτρεφον οὐλοὸν ἕλκος

ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἐπέκλυον

ΗΡΙΓΟΝΗ

*Ἰκαριοῖ, τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο

εἰσότε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος

* μέσον δ' ἐξαύσατο βαυνόν

* καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος

† αὐροσχάδα βότρυν
Ἰκαριωνείης

μόσχους καὶ χλωρὰς κλήματος ἐκφυάδας

* οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
βορέης ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον

ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

ὀπταλέα κρέα
ἐκ τέφρης ἐπάσαντο τά τ' ἀγρώσσοντες ἕλοντο

† τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον

38: p. 88 40: p. 90 41: p. 105 Ἰκαριοῖ: εικαριοι l. περὶ τράγον ὠρχήσαντο Soter: de librorum lectionibus v. p. 42: p. 97 εἰσότε editores Thes. Steph. εἰ δ' ὅτε et εἰ ὅτε l. 43: p. 99 44: p. 101 45: p. 102 46 Ἰκαριωνείης Bergkius: Ἰκαρίωνίης l. 47: p. 105 48: p. 111 52: p. 115 54: p. 117

MERCVRIVS

De huius carminis argumento vix dici potest quam diversas viri docti sententias in medium attulerint. Valesius ex schol. Il. Ω 24 poema historiam omnem Mercurii complexum esse temere collegit (ad Harpocr. II p. 100 Dind.). Non minus inconsiderate Heynius propter fr. XVII—XIX suspicatus est, Eratosthenem in Mercurio de disciplinarum originibus egisse (opusc. acad. I p. 96). Commemorandus deinde Creuzerus, qui universam veterum Aegyptiorum scientiam illic tractatam fuisse adfirmavit (Symb. u. Myth. II p. 111). Osannus maximam carminis partem in eodem argumento quod tractaverit antea Aratus versatam esse censuit (de Erat. Erigona p. 9) eique fere adsentitus est Bergkius (allg. Enc. der Wiss. u. Künste I 82 p. 422). Denique uberius argumentum Mercurii exposuit Bernhardyus qui poematum astronomicorum auctores recensens haec pronuntiavit: „vor anderen aber Eratosthenes im hexametrischen Ἑρμῆς, der von den Anfängen menschlicher Kunst und Wissenschaft ausgehend die mathematischen Lehren vortrug und die mythisch verschönerten Erzählungen von den Sternbildern einflocht“ (Grundriss der Griech. Litt. II 2 p. 722).

Nos in tractanda hac quaestione satis difficili atque impedita sic progredi conabimur, ut primum veterum scriptorum locos qui ad Mercurium aut aperte pertinent aut cum aliqua probabilitate revocari possunt, examinemus atque circumspiciamus, quae necessitudo inter eos intercedat: deinde vero videamus, quid de carminis argumento inde colligi possit.

I

Schol. Il. Ω 24 Ζεὺς ἐρασθεὶς Μαίας τῆς Ἀτλαντίδος λαθὼν Ἥραν ἐμίγη· ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας Ἑρμῆν ἐγέννησεν, ὅστις ἐπιθυμίαν ἔσχε τοῦ κλέπτειν, ὅτι καὶ Ζεὺς κλέψας τὴν Ἥραν ἐμίγη Μαίᾳ.[1]) καὶ δή ποτε τῆς μητρὸς μετὰ τῶν ἀδελφῶν[2]) αὐτῆς λουομένης λαθὼν ὑφείλετο τὰς ἐσθῆτας· γυμναὶ δὲ ἐκεῖναι οὖσαι[3]) ἠπόρουν τί πράξωσι.[4]) γέλωτα δὲ διὰ τούτου[5]) Ἑρμῆς ποιήσας[6]) ἀπέδωκεν αὐταῖς τὰς ἐσθῆτας. ἔκλεψε δὲ καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βοῦς. ἡ ἱστορία παρ' Ἐρατοσθένει.[7])

Quae hoc scholio continentur, excepta fabula de abditis vestimentis, ex communi Graecorum fama narrata sunt: in singulis ab Eratosthene haud pauca variata esse vel exornata, existimare licet. De Mercurii parentibus inde ab Homero[8]) omnes consentiunt, nisi quis hic recensendos putet locos, ubi quattuor alii Mercurii enumerantur, scilicet Hermes Sarmothracius, Trophonius, denique Anubis et Thoth Aegyptiorum dii. Verba λαθὼν Ἥραν in memoriam reducunt hosce hymni Homerici versus (6 sqq.)

ἔνθα Κρονίων
νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὄφρα κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην,
λήθων ἀθανάτους τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους.

Natum esse Mercurium, qui iam in Odysseae rhapsodia postrema (vs. 1) Cyllenius appellatur, in monte Cyllene permulti testantur[9]) ac paucissimis tantummodo locis traduntur

1) „Similia praebet Callimachus h. Dian. 22—24.“ Bernhardy Erat. p. 136. 2) Eust. ad Od. p. 1870, 56 ὃς τῆς μητρὸς Μαίας συλλουομένης αἷς ἤθελεν (sic!) ἐκείνη αὐτὸς ὑφελόμενος τὰ ἐκδυθέντα ἔκρυψε. 3) οὖσαι deest in B et D (ed. Barnes.). 4) πράξωσι D. διαπράξων (το supra scr.) B. 5) διὰ τοῦτο D. 6) ποιήσας B. κινήσας D. 7) ἡ ἱστορία παρ' Ἐρατοσθένει D. ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης B. 8) Ἑρμῇ Μαιάδος υἱεῖ Od. ξ 435. Μαίη Hes. Theog. 938. Μαῖα Alcaeus apud Heph. p. 84. Hymnus Hom. in Merc. 3 etc. 9) Hes. Catal. apud schol. Pind. Nem. 2, 16. H. Hom. 228 sqq. etc. De hoc monte mythisque ad eum pertinentibus scripserat Philostephanus, qui in Eratosthenis patria natus cum eius praeceptore Callimacho familiaritate iunctus erat. Schol. Pind. Ol. 6, 144.

diversa, veluti apud Paus. IX 20, 3 ἔστι δ' Ὠρίωνος μνῆμα ἐν Τανάγρᾳ καὶ ὄρος Κηρύκιον ἔνθα Ἑρμῆν τεχθῆναι λέγουσι[1]) et apud Philostr. Imag. I 26 qui Olympum pro Cyllene commemorat. De furandi cupidine Mercurio propria v. Preller Real-Encycl. der class. AW. IV p. 1848. griech. Myth. I p. 313. Welcker griech. Götterl. I p. 346 sq. II p. 461 sqq. De subreptis denique Apollinis bubus primi testes sunt auctores Eoearum[2]) hymnique Homerici: qui postea hanc fabulam tractaverint, enumerat Prellerus griech. Myth. I p. 298 sq. Cf. O. Müller Handbuch der Arch. der Kunst § 381, 5.

Ad carmen Mercurii nomine insignitum haec pertinere iure statuit Valesius: conveniunt certe inscriptioni neque aliud opus Eratosthenicum quo scholion apte referas nobis notum est. Accedit quod Valesii sententiam amplexi fragmenti IV probabilem nanciscimur explicationem.

II

Ach. Tat. in Ar. p. 146 E περὶ δὲ τούτου (de lacteo circulo) φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Καταστερισμῷ[3]) μυθικώτερον, τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος· τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔτι βρέφους ὄντος καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἥρας ἐπισπασαμένου σφοδρότερον ἐκείνην ἀντισπάσαι, καὶ οὕτως περιχυθέντος τοῦ γάλακτος κύκλον γενέσθαι παγέντος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ λέγει γεγενῆσθαι Ἐρατοσθένης, ὡς ἄρα ὁ Ἑρμῆς τοῦ μαστοῦ τῆς Ἥρας ἐπεσπάσατο.

Hyg. de astr. II 43 *Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus candido colore, quem lacteum esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit Mercurio infanti puero insciam Iunonem dedisse lac: sed postquam eum rescierit Maiae filium esse, reiecisse eum a se, et ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere.*

---

1) cf. VIII 36, 10. 2) Ant. Lib. 23. Hunc mythum ex antiquissimis esse nemo nescit. 3) Ita pro καταμερισμῷ em. Koppiersius. V. p. 67.

[Ach. Tat.] in Ar. p. 168 ὁ δὲ γαλαξίας καλεῖται μέν, ὡς οἱ μῦθοί φασιν, οἱ μὲν Ἡρακλέα, οἱ δὲ Ἑρμῆν, ὅτε προσετέθη τῷ μαζῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ τοῦ Διός, ἵνα κλέψειεν ὁ θεὸς τοῖς τέκνοις ἀθανασίας τροφήν, ἡ δὲ ἐπεὶ ἐξανέστη, ἠγανάκτησε πρὸς τὴν κλοπὴν καὶ τὴν θηλὴν τοῦ στόματος ἀπέσπασε βίᾳ, ἐκμυζῶντος ἔτι τοῦ παιδίου· ὡς τότε τῇ θηλῇ (τὸ γάλα ἐκ τῆς θηλῆς?) ῥέον τῷ οὐρανῷ κύκλῳ περιχυθὲν ἐκτυπῶσαι τὸ σχῆμα τῆς ἐκροῆς.

Eratosthenem in carmine quodam de galaxiae origine verba fecisse demonstrat fragmentum XVI. Quare haud dubie, cum ex fragm. I et XV compertum habeamus in Mercurio infantiam dei enarratam fuisse, Bergkio adstipulandum est, qui Hygini narrationem (ab Achille secundo loco commemoratam) ad hoc poema refert (Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 177). Antea Bernhardyus diversam de hac re sententiam hisce verbis proposuerat (Eratosth. p. 136): „Sententia Achillis sine controversia non haec est, Iunoni raptim Mercurium a se removenti lacteum circulum acceptam tulisse originem sed potius deum eodem quo Hercules modo uberibus deae admotum fuisse.[1]) Unde Hyginus erroris redarguitur; neque enim causam orbis lactei utrique, sive eodem sive diversis locis, auctori attribuere potuit.“ Nituntur haec eo, quod Bernhardyus Mercurium etiam καταμερισμοῦ titulo insignitum fuisse existimat: sed id ipsum non recte statuit (v. p. 67). In diversis autem operibus Eratosthenem de galaxiae origine diversis modis fabulatum esse non est quod miremur. Itaque hac narratiuncula de Iunone Mercurio infanti lac praebente fragmentum I suppletur.

Eius narrationis, quam Eratosthenes teste Achille in Catasterismis protulit, mentio inicitur in tribus illis libris qui ubi consentiunt pro uno habendi sunt: [Erat.] Catast. c. 44[2]), Hyg. de astr. II 43 med., schol. Germ. p. 104 et 187 Breys.[3])

1) Quorsum si hoc verum esset Achilles de lacteo circulo disserens narrationem illam de Mercurio omnino tetigisset? 2) Scholion ad Ar. Phaen. 469 lacunosum esse Freyus iure contendit (Rhein. Mus. XXV p. 272). 3) Cf. Geop. XI 19.

Quidam non Iunonis sed Opis lac galaxiae originem dedisse finxerunt, quorum ridiculum commentum ab Hygino et scholiasta Germanici memoriae proditur. Alii diversis modis de hac re luserunt, veluti Oenopides Chius qui narravit *ὅτι πρότερον κατὰ τούτου ἐφέρετο ὁ ἥλιος, διὰ δὲ τὰ Θυέστεια δεῖπνα ἀπεστράφη καὶ τὴν ἐναντίαν τούτῳ πεποίηται περιφοράν, ἣν νῦν περιγράφει ὁ ζωδιακός.*[1]) Complura inventa huc pertinentia enumerat Manilius I 718 sqq. Cf. Bergk Jahrb. f. Philol. 1860 p. 411 sqq.

III

Schol. BD Il. *E* 422 (transierunt haec in Etym. m. 546, 17) *καὶ Ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη παρὰ τοῖς εὖ λογιζομένοις ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, ἡ ἀπαλάλκουσα τῷ ἰδίῳ μένει τοὺς ἐναντίους· οὐ γὰρ πειθόμεθα τοῖς νεωτέροις οἵ φασιν ἀπὸ Ἀλαλκομενίου τινὸς εἰρῆσθαι. οὐδ' ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν Ὁμήρου εἰπόντος „Ἑρμείας ἀκάκητα"* (Il. *Π* 185. Od. *ω* 10) *ὅτι ἀπὸ Ἀκακησίου*[2]) *ὄρους, ἀλλ' ὁ μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός, ἐπεὶ καὶ δοτὴρ ἐάων.*

Schol. Paris. Il. *Π* 185 (Cram. anecd. Paris. III p. 21, 22) *ἀκάκητα: ὡς μὲν Ἐρατοσθένης φησίν, ἀπὸ Ἀκακήτου ὄρους οὕτω λέγεται ὁ Ἑρμῆς· ὡς δ' ἕτεροι, ὅτι μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός ἐστιν, ἐπεὶ καὶ δοτῆρα ἐάων αὐτὸν λέγομεν.*

Vitiose etiam schol. L *Π* 185 *ἀκάκητα: θεραπευτικός· ἢ ὁ ἐν Ἀκάκῃ τιμώμενος, ὄρει Ἀρκαδίας.*

Schol. Od. *ω* 10 *ἀκάκητα: ἔνιοι μὲν ἀμέτοχος κακῶν. ἔστι γὰρ ὁ θεὸς δοτὴρ ἀγαθῶν. ἔνιοι ἀπὸ Ἀκακησίου ὄρους ἐν Ἀρκαδίᾳ. δοκεῖ γὰρ ὁ θεὸς Ἀρκὰς εἶναι.*

Et. m. 44, 54 *ἀκάκητα ὁ στερίσκων τὰς λύπας· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ὄρους Ἀκακησίου· ἢ πανοῦργον· οἱ δὲ ἀγαθόν· οἱ δὲ πραῢν καὶ κοιμητικόν.*

Pro monte Acacesio commemoratur spelunca in schol. A Il. *Π* 185: *οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄντρου Ἀκακησίου*

---

1) Ach. Tat. p. 147 A. 2) Ita recte Et. m. (Zon. lex. p. 108 *Ἀκακήσιον ὄνομα ὄρους.*) *Ἀκησίου* B. *Ἀκακήτου* D.

προσηγόρευται καθ' Ὅμηρον ὁ Ἑρμῆς ἀκακήσιος (*ἀκάκητα* em. Bernhardyus p. 135), *ἀλλὰ διὰ τὸ κακοῦ μηδενὸς παραίτιος γίνεσθαι.* [1]) *ἢ ὁ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑπὸ ἑτέρου* (*μήτε δὲ κακῶσαι ἄλλον διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν* add. D)· *ὅθεν καὶ ἀστὴρ ἐάων ὅ ἐστι τῶν ἀγαθῶν.*

Eratosthenis commemorationem ad carmen de quo agimus spectare Harlesius arbitratus est [2]): haud minore iure inter Geographicorum reliquias hi loci recipi possint.

Accuratiorem de quaestione illa antiqua quae ad *ἀκάκητα* epitheton pertinebat notitiam haberemus, si servata essent Apollodori verba quibus mendacia quaedam de Acacesio prolata redarguit. [3]) Id vero grammaticorum testimoniis apparet, Eratosthenem (cui adstipulatur Bernhardyus) epitheton ab Acacesio colle Arcadiae [4]) derivasse. Pausaniae temporibus ibi Mercurii Acacesii imago ex lapide confecta posita erat, narrabantque Arcades ab Acaco Lycaonis filio Mercurium ibi educatum et ab eodem Acacesium oppidum sub colle conditum esse (quod si multo ante Pausaniae tempora interierat, cf. VIII 27, 4), denique ab Acaco derivandum esse Homericum Mercurii epitheton: quibus similia in Eratosthenis Mercurio prodita fuisse censerem, si certior esset Harlesii coniectura.. Addit autem Pausanias, neque his Arcadum fabulis neque inter sese Thebanorum Tanagraeorumque narrationes consentire. [5]) At vetustissima ea interpretatio est, qua *ἀκάκητα* neque ad Acacum neque ad Acacesium montem refertur, sed de eo dictum concipitur qui nihil mali dat hominibus: ita enim vocabulum intellexit auctor versus qui est in Theogonia Hesiodea 614, ubi Prometheus *ἀκάκητα* appellatur. Cf. praeter locos a me iam exscriptos Apoll. lex. Hom. p. 20 *ἀκάκητα ἀντὶ τοῦ ἀκακήτης, τῇ κλητικῇ ἀντὶ τῆς εὐθείας. λέγεται δὲ οὕτως ὁ Ἑρμῆς ὁ μηδενὸς κακοῦ περιποιητικός.* Corn. 16 p. 165 *καὶ τὸ ἀκάκητα αὐτὸν λέγεσθαι τοιούτου τινὸς σημεῖόν ἐστιν· οὐ*

---

1) Cf. schol. Callim. h. 3, 143. Eust. ad Il. p. 75, 35. 1053, 60. 2) Fabricii bibl. Gr. IV p. 123. 3) Strabo VII p. 299. 4) E. Curtius Peloponnesos I p. 295 sq. 5) Paus. VIII 3, 2. 36, 9 sq.

γὰρ πρὸς τὸ κακοῦν καὶ βλάπτειν ἀλλὰ πρὸς τὸ σώζειν μᾶλλον γέγονεν ὁ λόγος.[1]) Schol. Il. *Π* 185 *πάντων ἀγαθῶν αἴτιος. καὶ οἱ μὲν θεοὶ κοινῇ δοτῆρες ἐάων, ὁ δὲ Ἑρμῆς ἰδίᾳ δώτωρ ἐάων. ὅθεν καὶ υἱὸς αὐτοῦ Εὔδωρος. ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸ Ἀκακήσιον ὄρος.*[2]) Fere idem in Etymologico verbis *ὁ στερίσκων τὰς λύπας* significatur, neque multum diversa sunt adiectiva *ἀγαθόν* et *πραῦν*. Quod ibidem etiam *πανοῦργος* quasi interpretatio vocabuli ponitur, fortasse ad eos referendum, qui passivum sensum praeter activum voci tribuebant (schol. *Π* 185 *ὁ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑπὸ ἑτέρου*). Ineptissime autem alii, cum a nonnullis *ἀκακῆτα* scriberetur, in versibus Homericis (*Π* 184 sqq.)

αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς παρελέξατο λάθρῃ
Ἑρμείας ἀκάκητα, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὸν υἱὸν
Εὔδωρον, πέρι μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν·

ἀκακῆτα accusativum esse et ad *υἱὸν* pertinere opinati sunt: schol. V *οἱ δὲ υἱὸν ἀκακῆτα προπερισπωμένως ὡς γυμνῆτα.*

IV

Schol. Apoll. Arg. III 802 *ἐτυμολογεῖ δὲ τὴν φωριαμὸν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ·*

φωριαμὸν δ' ὀνόμηναν, ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην[3])·
ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισιν.

Suspicari licet Eratosthenem primae *φωριαμοῦ* talem usum finxisse qualis ab antiquis poetis huic arcarum generi tribueretur. Dicuntur autem in carminibus Homericis *φωριαμοὶ* vestimenta continere (Il. *Ω* 228 sqq. Od. ο 104 sqq.). Itaque censeo hos duos poetae Cyrenaei versus spectare ad verba

---

1) Similiter Heracl. All. Hom. 72. 2) Et. m. 44, 12 *ἀκακήτης· ὥσπερ παρὰ τὸ γυμνής γυμνῆτος γίνεται ὁ γυμνήτης κτλ., οὕτως καὶ ἀκάκης ἀκάκητος ἀκακήτης κτλ.* 3) Delectatur Eratosthenes, sicut praeceptor eius Callimachus, caesura trochaica: inter quadraginta tres hexametros Eratosthenicos triginta quattuor ita compositos esse videmus.

illa fragmenti I *καὶ δή ποτε τῆς μητρὸς μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς λουομένης λαθὼν ὑφείλετο τὰς ἐσθῆτας, γυμναὶ δὲ ἐκεῖναι οὖσαι ἠπόρουν τί πράξωσιν. γέλωτα δὲ διὰ τούτου Ἑρμῆς ποιήσας ἀπέδωκεν αὐταῖς τὰς ἐσθῆτας.* Vides si haec statuimus omnia bene quadrare. *ὀνόμηναν* referendum est ad Maiam eiusque sorores, neque verum est quod Bernhardyus scripsit „cum autem nisi de Mercurio furato ista dici nequirent, *ὀνόμηνεν* legendum est" (p. 137). Vocem *μιν* referre licet ad vestitum (*ἐσθῆτα*) ut *φώριον ἄγρην* sit appositio. Sed potest etiam cogitari, cum *κεύθειν* verbo coniunctum esse praeter accusativum *φώριον ἄγρην* (quo vestimenta significantur) accusativum personae quem eidem verbo additum invenimus in Od. *γ* 187. Apoll. Arg. IV 1105 (*οὐδέ σε κεύσω*).[1]) Spectat autem, si hanc explicationem pro vera habemus, accusativus *μιν* ad subiectum verbi *ὀνόμηναν*, plurali significatione usurpatus sicut duali in fragm. XIX vs. 15. Eratosthenes cum formae talem significatum tribuit sequitur doctrinam Zenodoteam. Sunt enim tres loci Homerici quorum species talis est, ut *μιν* pronomen pluralem aut dualem vim habere videatur; de quibus ita disserit Apollonius Dyscolus (de pron. p. 108 sq.): *ὁ δὲ πλάνος τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς* (loquitur de *νίν* pronomine ad nomina pluralia relato) *ἴσως ἐρρύη ἐκ τοῦ „εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα κάλα*[2]), *ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι"* (Od. *κ* 210. 212), *καὶ „ἦ μάλα δὴ τάδε δώματα κάλ' Ὀδυσσῆος" καὶ „οὐκ ἄν τίς μιν ἀνήρ"* (*ρ* 264. 268). *ἦν δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τὴν συνωνυμίαν φερόμενα τοῦ δῶμα, ὁμοίως τῷ „νεφέλη δέ μιν ἀμφεκάλυπτε, τὸ μὲν οὔ ποτε"* (*μ* 74 sq.), *τὸ νέφος· „αἵ μὲν ἀγχηστῖναι —· τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται"* (Il. *E* 140 sq.)· *„ἐννῆμαρ μὲν —· τῇ δεκάτῃ δέ"* (*A* 53 sq.). *ἐποίσει γοῦν „γιγνώσκω δ' ὅτι πολλοὶ ἐν αὐτῷ δαῖτα τίθενται"* (Od. *ρ* 269). *τὸ δ' ἐπὶ τοῦ Ἄρεος καὶ Ἀθηνᾶς „οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος*

1) *οὔ σ' ἐπικεύσω* Apoll. Arg. III 332. 2) Scribere debebat *δώματα Κίρκης.*

ἥκει"[1]) (Il. *P* 399) ὡς εἰ ἔλεγε χωρὶς ἐφ' ἑκάστου.[2]) Cf. schol. Od. κ 212 ἀπὸ τοῦ πληθυντικοῦ τοῦ δώματα πρὸς ἑνικὸν τὸ δῶμα ὑπήντησεν, ὡς τὸ „ἐξ ἑτέρων ἕτερ' ἐστίν" (ρ 266)· εἶτα ἐπιφέρει „οὐκ ἄν τίς μιν ἀνήρ." ἢ περὶ αὐτὴν τὴν Κίρκην. (Hanc alteram interpretationem reiciendam esse versus sequentes demonstrant.) Schol. ρ 268 μιν: αὐτὸ τὸ δῶμα. His igitur locis, fortasse etiam significatione plurali pronominis νίν, Zenodotus adductus esse videtur, ut putaret μίν pro σφέας nullo discrimine dici posse. Ariston. ad Il. *K* 127 (ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέθεσθαι): ὅτι Ζηνόδοτος γράφει μιν. ἔστι δὲ ἑνικὸν τὸ μίν. βούλεται δὲ ὁ ποιητὴς διὰ τοῦ σφίν αὐτοῖς σημῆναι.[3]) Eratostheni hac de re cum Zenodoto convenisse alter certe duorum quos dixi versuum eius luculenter ostendit. Postea in Apollonii Argonauticis eundem usum bis deprehendimus: I 941

ἐν δέ οἱ ἀκταὶ
ἀμφίδυμοι, κεῖνται δ' ὑπὲρ ὕδατος Αἰσήποιο·
Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες.

II 8

καὶ δὲ τότε προτὶ νῆα κιών, χρειώ μιν ἐρέσθαι
ναυτιλίης, οἵ τ' εἶεν, ὑπερβασίῃσιν ἄτισσεν.

Vbi schol. τὸ μίν ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ τοῦ αὐτούς, τοὺς ἥρωας· δύναται δὲ καὶ ἑνικὸν εἶναι, ἵνα περὶ τοῦ Ἀμύκου λάβωμεν. ἔδει γὰρ αὐτὸν τὸν Ἄμυκον ἐρωτῆσαι τοὺς ἥρωας: secundam explicandi rationem falsissimam esse vix est quod moneam.

Eratosthenis derivationem vocis φωριαμός minime improbandam esse Bernhardyus censet; at si quid video, ne ipse quidem Eratosthenes pro vero habuit, φωριαμός primitus arcam res furtivas continentem significasse: immo etymologiam non serio sed lusu poetico proposuit. Cf. de talibus Meineke

---

1) immo ἵκοι. 2) Melius dixisset μιν ad solam Minervam esse referendum. 3) Neque vero causa erat, cur Lehrsius (apud Friedlaenderum) etiam scholion ad *A* 73 (Ζηνόδοτος γράφει „ὅς μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα") eodem referret: ibi enim de singulari Zenodotus cogitasse videtur.

anal. Alex. p. 99 sq.[1]) Attamen ex hoc invento id colligere possumus, Eratosthenem in eorum numero fuisse qui *φωριαμός* a voce *φώρ* neque a *φᾶρος* aut *φόρημα* derivarent. Dubitabant enim grammatici Graeci, quae explicatio praeferenda esset. Apoll. lex. Hom. p. 165 *φωριαμοῖς κιβωτοῖς. ὁ μὲν Ἀπίων ἐτυμολογῶν ἀπὸ τοῦ εἶναι ἐν αὐτοῖς τὰ φορήματα, ἔνιοι δὲ τὰς πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν φωρῶν, τουτέστι κλεπτῶν, φυλακὴν κατεσκευασμένας.*[2]) Herod. Pros. Il. *Ω* 228 *εἴτε παρὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν ἢ ἀπὸ τοῦ τὰ φάρη φυλάσσειν ἡ προκειμένη λέξις παρῆκται.* Epim. Hom. p. 430[3]) *φωριαμῶν ὄνομα ἀρσενικὸν ἁπλοῦν· παρὰ τὸ φώρ ὃ σημαίνει τὸν κλέπτην, ἐπεὶ πρὸς φυλακὴν τούτων κατεσκεύασται· ἢ παρὰ τὸ τὰ φάρη ἔχειν, ὃ καὶ βέλτιον, ἀντιθέσει τοῦ α εἰς ω, ὡς ἐν τῷ θᾶκος θῶκος κτλ. εἴτε καὶ παρὰ τοὺς φῶρας εἴτε παρὰ τὸ φᾶρος, τὸ ἀκόλουθον φωριαμός.*[4]) Apollonium Rhodium a *φᾶρος* vocem *φωριαμός* non deduxisse, documento est quod ita arculam in qua *φάρμακα* sunt appellat (III 802. 808. IV 25). Gregorii Corinthii (p. 421) et Eustathii (ad Il. p. 1347, 10) ineptias referre a proposito meo abhorret.

V

Steph. Byz. p. 105 Mein. *λέγεται καὶ Ἆπις* (*Ἀπίς* em. Meinekius) *θηλυκόν, ἧς ἡ γενικὴ Ἄπιδος* (*Ἀπίδος* em. Mein.[5])). *οὕτω τὴν χώραν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ προσαγορεύει.*

Terra quam Eratosthenes ita appellavit Peloponnesus est, id quod apparet ex Theocr. 25, 183 et Apoll. Arg. IV 1564[6]) ubi de significatione nominis dubitari nequit. Priores Peloponnesum *Ἀπίαν* dicebant, veluti Aeschylus Suppl. 247.

---

1) De etymologiis quas Callimachus in carminibus profert v. Naeke opusc. II p. 69. Dilthey de Call. Cyd. p. 38 sqq. 2) Varro de lingua Lat. V 128 *arca quod arcebantur fures ab ea clausa.* 3) Et. m. 804, 11. Et. Gud. 559, 9. 4) Etymologia hoc loco praelata sola commemoratur ab Herodiano in Et. m. 570, 44 (Et. Gud. p. 375, 32. 577, 33), in schol. Il. *B* 242, apud Or. p. 162, 16. Neglegenter Zonaras alteram interpretationem Herodiano adscribit, lex. p. 1834. 5) Idem vitium ex Nicandro sustulit Schneiderus Nic. p. 3. 6) Genuinam huius loci scripturam scholiastae debemus; sed inepte is explicat *Ἀπὶς νῆσος κειμένη πρὸ τῆς Κρήτης*: cf. vs. 1570. 1577.

748. Agam. 241. Sophocles Oed. Col. 1303. Cf. Ariston. ad Il. *Α* 270 *ὅτι παραλλήλως τηλόθεν ἐξ ἀπίης. οἱ δὲ νεώτεροι ἐδέξαντο τὴν Πελοπόννησον. Γ* 49 *οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι τὴν Πελοπόννησον.* Apoll. Bibl. II 1, 1 (Apis) *ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν.* Nicol. Dam. apud Const. Porph. de them. II p. 52 Bekk. *ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀπίου τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο* (Peloponnesus) *Ἀπίη.* Paus. II 5, 7 *οὗτος ὁ Ἆπις ἐς τοσόνδε ηὐξήθη δυνάμεως πρὶν ἢ Πέλοπα ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι.* Steph. l. c. *τὸ ἐθνικὸν Ἀπιεὺς δηλοῦν τὸν Πελοποννήσιον.*[1]) Si idem in disputationis suae initio dicit *Ἀπία οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος*, significare vult eandem terram quae in carminibus Homericis *Ἄργος* appelletur apud poetas Homero recentiores esse *Ἀπίαν*: neque aliter Rhiani versus ab eo allati intellegendi sunt. Hi loci demonstrare videntur, duo fuisse quae huic appellationi originem dederint: Homericum illud *ἐξ ἀπίης γαίης*[2]) quod falso de certa quadam terra explicabatur, et memoria Apidis herois[3]) quae apud Argivos et Sicyonios exstabat.[4])

Ceterum in prima carminis Eratosthenici parte saepius occasionem commemorandae Peloponnesi se obtulisse sponte intellegitur.

VI

Theodosius (?) *περὶ κλίσεως τῶν εἰς ων βαρυτόνων* cuius verba publicavit Dindorfius ad schol. Aristoph. t. III p. 418 ed. Lips. *τὸ Λάδων ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ο* (*ω* em. Dindorfius) *κλίνεται·*

ἐγγύθι δὲ προχοαὶ ποταμοῦ Λάδωνος ἔασιν.[5])

ὡσαύτως καὶ ὑπὸ Ἐρατοσθένους ἐκλίθη·

Λάδονος (*Λάδωνος* Dind.) *περὶ χεῦμα.*

1) Schol. Theocr. 1, 134. Et. m. v. *ἄπιος*. Eust. ad Dion. 415. Tzetzes ad Lyc. 177. 2) G. Curtius Grundz. der griech. Etym. p. 428. 3) Preller griech. Myth. II p. 37. 4) Haec duo cum confunderentur non mirandum, quod Sophocles (Oed. Col. 1685) *ἄπίαν γᾶν* de terra longinqua, Rhianus *Ἀπίην* de Peloponneso usurpare non dubitavit. 5) *Λάδωνος* pro *Λάδονος* scripsit Dindorfius, *ἔασιν* pro *ἦσαν* Meinekius del. epigr. p. 128.

ἡ μέντοι Κόριννα διὰ ντ τὴν κλίσιν ἐποιήσατο·

Λάδοντος δονακοτρόφου.

Choerob. ed. Gaisf. p. 75 τὸ Λάδων — ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ — ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ω κέκλιται ἀναλόγως, οἷον Λάδωνος· ὡσαύτως δὲ καὶ ὑπὸ Ἐρατοσθένους ἐκλίθη Λάδωνος.

Eratosthenis hemistichium ex Mercurio sumptum esse statui cum Lübberto (Rhein. Mus. XI 1857 p. 442), quia quae prima poematis parte Eratosthenes narravit in Arcadia aguntur.

VII

Choerob. in Theod. p. 119 εὑρέθη δὲ καὶ τὸ Ἀρύαντος περιττοσυλλάβως κλιθέν·

αἱ δὲ πέρην Ἀρύαντος ἐπὶ προχοαῖς ποταμοῖο παρ' Ἐρατοσθένει.

p. 32 εὑρέθη δὲ καὶ τὸ Ἀρύας Ἀρύαντος περιττοσυλλάβως κλιθέν· ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ.

αἱ δὲ πέρην codex Marcianus 489.[1]) ἡ δὲ ὑπὲρ Coislinianus.[2]) — ποταμοῖο Marc. ποταμίων Coisl.

Aryas fluvius aliunde non notus est: neque quidquam profecerunt Schneidewinus (Philol. I p. 435) cui Ἀρύβας et Stiehlius (Philol. suppl. II p. 486) cui Ἀρύκας legendum esse visum est, cum in locum ignoti nominis formas haud magis notas supposuerint neque Arybas rex aut Arycandus flumen certa mutationis argumenta praebere possint. Praeterea quo probabilius est, vocabulorum in ύας exeuntium totam seriem Choeroboscum ex Herodiano sumpsisse, eo maior audacia eorum existimanda, qui in illa voce terminationem ύας tollere conantur. Ego quid verum sit perspexisse mihi videor. Vix enim dubito quin Aryas idem Arcadiae fluvius sit qui alibi Aroanius nominatur. Influit is in Ladonem[3]): commemoraverat autem Eratosthenes regionem quae

---

1) Gaisford praef. Et. m. p. 7. 2) Bergkius vera scriptura nondum cognita ἡ δ' Ὑπέρει corrigendum esse censuerat (comment. crit. II p. 6). 3) E. Curtius Pelop. I p. 368.

est *Λάδωνος περὶ χεῦμα* (fr. VI). Quod *υ* in locum o litterae succedit, fortasse ad dialectum Arcadicam est referendum.[1]) Eodem modo Aeoles *ξύανον* pro *ξόανον* dixisse perhibentur.[2]) Denique vero fluminis illius nomen etiam in *ας* exiisse, per testem locupletissimum comprobare possum: ipsum dico Eratosthenem. Haec enim codicum scripturis tradita sunt in Strabonis libro VIII p. 389: *Ἐρατοσθένης δέ φησι περὶ Φενεὸν μὲν τὸν Ἀνίαν καλούμενον ποταμὸν λιμνάζειν τὰ πρὸ τῆς πόλεως κτλ.* Dudum ex iis quae Strabo narrat intellectum est, agi hoc loco de Aroanio: qua de causa Palmerius *Ἀροάνιον* formam substituendam esse censuit (exercit. in auct. Gr. p. 314). Iam ex iis quae disputavi cognosces, terminationem apud Strabonem recte sese habere; scribendum est aut *Ἀρόαν* aut *Ἀρύαν*: de duplici eiusdem nominis declinatione (*Ἀρύας Ἀρύα* et *Ἀρύας Ἀρύαντος*) cf. Schneidewinus l. c.

Articulus *αἱ*, si versus ex Mercurio petitus est, de Maia eiusque sororibus dictus esse videtur: ac fortasse versum ad fabulam illam de Atlantidibus revocare licet, quam ab Eratosthene tractatam esse fragmento I (cf. fr. IV) exploratum habemus.

VIII

Ath. V p. 189 D *καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ* (c. 103) *καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς, οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς. Καρκίνος μὲν Ἀχιλλεῖ*

βαθεῖαν εἰς αὐλῶνα περίδρομον στρατοῦ.

καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις

κρημνούς τε καὶ σήραγγας ἠδ' ἐπακτίας
αὐλῶνας.

---

1) Cf. Gelbke de dial. Arc. p. 19 (G. Curtius Stud. zur griech. u. lat. Gramm. II). 2) Tzetzes exeg. in Il. p. 122, 13. Addere licet in barbaro nomine *Ἀρυάνδης* eandem commutationem occurrere: Hes. v. *Ἀροανδικόν*.

ἐκδεκτέον οὖν καὶ τὸ παρ' Ἐρατοσθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρῆσθαι

βαθὺς διαφύεται αὐλών

ἀντὶ τοῦ βαθεῖα, καθάπερ λέγεται θῆλυς ἐέρση (Hes. Sc. 395).

Eratosthenis hemistichium „potuit in historia de bobus sublectis occurrere", quod Bernhardyus haud improbabiliter adnotat (p. 137): nam

πολλὰ ὄρη σκιόεντα καὶ αὐλῶνας κελαδεινοὺς
καὶ πεδί' ἀνθεμόεντα διήλασε κύδιμος Ἑρμῆς (h. Hom. 95).

M. Schmidtius (Rhein. Mus. VI 1848 p. 411) verba ab Athenaeo citata de Gargaphiae valle (fr. XIII) dicta esse conicit, quam Hyginus opacissimam vocat (fab. 181).

Quod ad genus vocabulorum βαθὺς αὐλών attinet, Athenaeus fallitur: nam cum aliis poetarum locis de masculino genere dubitari non possit, neque hic neque in versu Nicandri quem Aelianus de nat. an. X 49 adfert (αὐλῶνα βαθύν) βαθύς illa ratione explicari necessarium est. Cf. h. Hom. in Merc. 95. Lycophr. 387 sq. Recentiores omitto.

IX

Pollux VII 90 μέμνηται δὲ καὶ φαικασίου ἐν τῷ Ἑρμῇ Ἐρατοσθένης·

πέλμα ποτιρράπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο.[1]).

ῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ ποτὶ πέλμα φαικασίοις codex Parisinus A. ποδὶ κρούεσκε Falckenburgianus. πέλμα ποτὶ ῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίου editio Aldina, cuius auctoritati si fidem habeamus, emendari possit sensu non multum mutato πέλμα πότι ῥάπτεσκεν (ut praecesserit obiectum). ποτιρράπτεσκεν Salmasius et Bekkerus (ex codicibus ut videtur). Versus omissus est in codice Antverpiensi quem Kühnius adhibuit.

Quia fragmenti I fine cognitum habemus, ab Eratosthene narrationem de Apollinis bubus furto abactis expositam fuisse,

---

1) De numero huius hexametri v. Naeke opusc. II p. 105.

conieci versum a Polluce servatum spectare ad infantis dei dolum, cuius memoria exstat in h. Hom. vs. 75 sqq.[1])

σάνδαλα δ' εὖτ' ἔρριψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσιν,
ἄφραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα,
συμμίσγων μυρίκας καὶ μυρσινοειδέας ὄζους.
τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης
ἀβλαύτοις ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα
αὐτοῖσιν πετάλοισι, τὰ κύδιμος Ἀργειφόντης
ἔσπασε Πιερίηθεν, ὁδοιπορίην ἀλεείνων,
οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδόν, αὐτοπρεπὴς ὥς.

Haec igitur Eratosthenes, si vera est opinio mea, more recentiorum poetarum variavit, narravitque Mercurium crepidas non abiecisse, sed detractas alii cuidam rei quae vestigia mox incerta redderet adfixisse. Accuratiora sciremus, si Pollux plures versus attulisset. Ceterum fabulae in hymno proditae similia fortasse etiam ab aliis narrata erant. Cf. Apollod. III 10, 2 *κλέπτει βόας ἃς ἔνεμεν Ἀπόλλων. ἵνα δὲ μὴ φωραθείη ὑπὸ τῶν ἰχνῶν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιέθηκε καὶ κομίσας εἰς Πύλον τὰς μὲν λοιπὰς εἰς σπήλαιον ἀπέκρυψε κτλ.* Ant. Lib. 23 *ἐξῆπτε δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς πρὸς ἕκαστον ὕλην, ὡς ἂν τὰ ἴχνη τῶν βοῶν ἀφανίσῃ.*

In longe diversam suspicionem Bernhardyus incidit (p. 160). Revocat enim hexametrum ad narrationem Hygini de astr. II 16 *nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem, pulchritudine Veneris inductum in amorem incidisse: et cum ei copia non fieret, animum ut contumelia accepta defecisse: Iovem autem misertum eius, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, quae soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit, qui copia facta pro beneficio aquilam in mundo collocavit.* Lectio, quam Bernhardyus ut versus opinioni suae respondeat restituere vult, *πέλμα ποτί ῥα πτάσκεν ἐλαφροῦ φαικα–*

1) Callimachum quoque usum esse hymno Homerico sententia est Meinekii ad Call. h. in Dianam 25.

σίοιο [1]) haud dubie reicienda est. Sed possit aliquis quod Bernhardyus de versus argumento profert comprobare, recepta Lobeckii scriptura. Is enim *ποτιρρίπτασκεν* emendandum censuit intellexitque versum „de aquila illa quae lavanti Rhodopidi calceum subripuit *καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν δικάζοντος Ψαμμιτίχου καὶ εἰς τὸν κόλπον ἐνέβαλε τὸ ὑπόδημα* Aelian. v. h. XIII 33, sive ut Strabo ait XVII p. 808 *ἔρριψε*" (Aglaophamus p. 245). At in Eratosthenis Mercurio probabilius certe de Mercurio quam de Psammiticho sermonem fuisse putabimus. Itaque si *ποτιρρίπτασκεν* in uno codice scriptum exstaret, de Hygini narratione haud inepte cogitari verbumque quod dico ad aquilam referri posset. Quoniam vero illud non traditum est traditaeque lectionis explicatio potuit inveniri, non video cur de sententia mea desistam.

X. XI

Stob. Flor. XCV 15. *Πλουτάρχου ἐκ τοῦ ὅτι καὶ γυναῖκα παιδευτέον. Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν στίχον*

χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι [2]);

καὶ τοῦτο (*τοῦτον* em. Meinekius)

ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.

ὀρθοῦ καὶ γὰρ AB. *ὀρθου γὰρ καὶ* Vind. *ὀρθοῦσι γὰρ καὶ* Trincavellius. *ὀρθοῦσι καὶ* Gesnerus.

Stob. Flor. LX 10. *Πλουτάρχου ἐκ τοῦ περὶ μαντικῆς. Τῶν τεχνῶν, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἡ χρεία συνέστησεν ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι νῦν διαφυλάσσει·*

χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι

τῶν ἀναγκαίων; ὑφαντικὴν οἰκοδομικὴν ἰατρικὴν γεωργίαν καὶ ὅσαι περὶ γεωργίαν ἀναστρέφονται· τὰς δ' ἡδονή τις

1) Addit interpretationem „crepidam levis phaecasii advolavit (aquila)." 2) Apparet in hoc hexametro artificium illud a Callimacho in versibus componendis saepissime adhibitum de quo disseruit Diltheyus anal. Callim. p. 14. Cf. fr. XIX v. 7 *αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι.*

προσηγάγετο καὶ κατέσχε, τὴν τῶν μυρεψῶν καὶ τῶν ὀψοποιῶν καὶ κομμωτικὴν πᾶσαν καὶ ἀνθοβαφίαν.

Verbum *ἐπήνεγκε* quod intellegi vix potest Cobetus mutavit in *ἐπήνεσε* (var. lect. p. 259): quam coniecturam si approbamus, duos hexametros ex Mercurio petitos esse efficitur. Priorem versum (ex parte fortasse proverbialem) poeta Mercurio ipsi iocanti tribuere in ea carminis parte potuit, ubi narrabatur dolus ab illo ne furti vestigia apparerent adhibitus (cf. p. 18). Inter varias alterius scripturas *ὀρθοῦσι* haud dubie ingenio sive librariorum sive editorum debetur. Si *ὀρθοῦ· καὶ γὰρ* legimus, oratio conversa est ad aliquem qui gravibus curis cruciatur: is admonetur ut demissum animum erigat, ipsis enim curis hominem magis eo perduci ut aliquid excogitet ac reperiat. Verum permira est ista consolatio atque id satis molestum, quod comparativus *μᾶλλον* non habet quo apte referatur: suppleri debet „quam status hominum curis carens.“ Itaque vix puto poetam sic scripsisse. Quamquam tradita haec lectio utique praestat omnibus quae propositae sunt mutationibus. Wyttenbachii coniectura, *ὀρθοῦσι καὶ ἐπωδύνουσι* scribendum esse, quid sibi velit non perspicio. Bergkius tentavit *ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μεῖον ἐπωδίνουσι μέριμναι*[1]), Meinekius propter codicis Vind. lectionem *ὄρθρου γὰρ καὶ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.* Non opus est quaerere, num sensus utraque scriptura effectus, si per se spectetur, aptus sit: nam aliud est quod haud ambigue nos vetat aut Bergkio aut Meinekio adsentiri. Id enim quod Plutarchus aliquo disputationum suarum argumento adductus est ut commemoraret Archytam hos duos versus laudasse, aperte ostendit coniungi potuisse duas sententias cognatione quadam vel similitudine significatus. Atque haec saltem apparet in lectione *ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι*: postquam priore versu dictum est, necessitatem, quamvis iniucundam hominibus, tamen omnia eos docere,

1) Anal. Alex. I p. 8. Putavit igitur significationem verbi *ἐπωδίνειν* non esse mente aliquid novi volvere ac parere, sed doloribus aliquem afficere.

omnia reperire, alter versus significat, curis, quibus homines misere torquentur, magis tamen animos intendi ad difficultates solvendas. Eiusmodi autem sententiarum vinculum deest in Bergkii et Meinekii lectionibus. Quod vero Bergkius censet versum ex prooemio carminis petitum esse, in quo poeta amicum aliquem consolandi gratia allocutus sit, id mihi quoque, si imperativum *ὀρθοῦ* recte se habere scirem, haud improbabile esse videretur.

Archytam a Plutarcho commemoratum Meinekius non diversum esse iudicat ab Archyta poeta Amphissensi, quem Plutarchus in quaest. Gr. p. 294 F citat, additque: „quem Athenaeus I p. 5 F et XII p. 516 C in scriptoribus *ὀψαρτυτικῶν* commemorat Archytam, fortasse ab Amphissensi non diversus fuisse existimandus est" (anal. Alex. p. 354).

XII

ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
δενδαλίδας τεύχουσα καλοὺς ἤειδεν ἰούλους.

Schol. Apoll. Arg. I 972 *ἴουλοι δὲ καλοῦνται ἡ πρώτη ἐξάνθησις καὶ ἔκφυσις τῶν ἐν τῷ γενείῳ τριχῶν. ὁ μέντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾠδῆς ἐρίθων ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ, λέγων οὕτως· ἣν χερνῆτις κτλ. οὐκ ἔστι δέ, φησὶ Δίδυμος, ἀλλ' ὕμνος εἰς Δήμητρα, ὡς ὁ οὔπιγγος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν. ἔστι γὰρ καὶ οὖλος καὶ ἴουλος ἡ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δέσμη, καὶ Οὐλὼ ἡ Δημήτηρ.*

Et. m. 472, 36 (v. *ἴουλος*) *ἔστι δὲ καὶ ᾠδῆς ὄνομα, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ· ἡ χερνῆτις κτλ.*

Tzetzes in Lyc. 23 *ἴουλος δὲ σημαίνει τέσσαρα· τὸν σκώληκα τοῦτον, τὴν ἐξάνθησιν τῶν γενείων, τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, καὶ τὸν ὕμνον, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ· ἡ χερνῆτις κτλ.*

Tzetzes Chil. XIII 563 sqq.

καὶ ἴουλος ὁ ὕμνος μὲν πλὴν θηλυκῇ τῇ κλήσει,
ὡς ἐν Ἑρμῇ διδάσκει μοι καλῶς Ἐρατοσθένης·
ἡ χερνῆτις κτλ.

Schol. Apoll. Arg. II 43 *λέγεται δὲ ἴουλος καὶ θηρίον πολύπουν καὶ εἶδος ᾠδῆς, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης.*

Vs. 1. *ῆ* Etym. Tzetzes. *ἦν* schol. Apoll. Articulus *ἡ* ita positus orationi poeticae repugnare videtur; recipienda igitur est Naekii emendatio (opusc. I p. 51) *ᾗ* quam lectio a schol. Ap. tradita plane firmat: nam saepissime *ι* adscriptum in aliam litteram falso mutatur. Cogitandum est, praecessisse significationem sive vici sive itineris sive aedium.[1]) Minus bene Iacobsius (anth. Gr. t. VII p. 314) *ἦν* scribendum esse censuit; id enim si reciperemus, ad delendum asyndeton necessario *δ'* littera ante *ᾔειδεν* inserenda esset: quae scriptura in Etymologici editione prima exstat, sed nullius auctoritatis est, cum codices DM, scholiasta Apollonii et Tzetzes *δ'* illud omittant. — *ἔριθος* schol. Tz. *θεὸς* Et. Ex Etymologici lectione eaque quae in scholiis Parisinis Apollonii exstat *ἦν δ' ἄρα χερνῆτίς τις ἐφ' ὑ. π.* Bernhardyus (p. 141) hanc novam efformavit: *ἦν δ' ἄρα χερνῆτις θεὸς ἐφ' ὑ. π.* dictumque versum putavit de Maia quae servili munere ipsa fungeretur. Sed scholiorum Parisinorum nulla est auctoritas.[2]) — *πυλεῶνος* Tz. *πετεῶνος* schol. *ἐλεῶνος* Et. Narrationi cuius particula his versibus servata est minime convenit oppidi sive Peteonis sive Eleonis commemoratio: nam inde quod altero versu quibus rebus mulier occupata sit accurate describitur, colligendum videtur, de oppido vel regione lectorem cum ad hosce versus perveniret antecedentibus iam fuisse instructum.

2. *δενδαλίδας τεύχουσα* schol. *δανδαΐτις στείχουσα* Et. Tz. ortum id fortasse ex scriptura *δανδαλίδας* quae vera esse potest. — *καλοὺς* schol. *καλὰς* Etymologici codd. DM et Tz. *καλὰς δ'* Etymologici editio princeps. Recipienda est forma masculina, quia scholiastae lectio duabus aliis minus depravata apparet neque ullo testimonio femininum genus vocis *ἴουλος*[3]) comprobatur (nam eo quod Tzetzes in suo fonte

1) Exempli causa hunc pono versum Homericum: *εὗρεν δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλά.* 2) Keil ad Apoll. Arg. ed. Merkel. p. 299 sqq. 3) *καλὰς* coniunctum cum *δενδαλίδας* subabsurde dictum esset.

corruptelam iam invenit, nihil efficitur). Bernhardyus quidem dicit: „καλὰς non recte Brunckius reiecit, Athenaeo XIV p. 619 B femininum genus defendente.“ At ibi legitur αἱ ἴουλοι καλούμεναι ᾠδαί. Naekius, καλὰς etiam apud scholiastam Ap. traditum esse arbitratus, coniectando proposuit τεύχουσ᾽ ἀπαλάς.

Vocabuli δενδαλίς sive δανδαλίς quattuor interpretationes Hesychius adfert: δανδαλίδες· κάχρυες, κριθαί· ἢ σῖτος πεφρυγμένος. (Et. m. 255, 54 et Bekk. an. p. 241 δενδαλίδες· ἱεραὶ κριθαί.) δενδαλίδας· οἱ μὲν ἄνθος τι, ἄλλοι τὰς λευκὰς κάχρυς, οἱ δὲ τὰς ἐπτισμένας κριθὰς πρὸ τοῦ φρυγῆναι, οἱ δὲ τὰς ἐκ κριθῶν μάζας γενομένας. Postrema significatione, quod ostendunt ciborum genera praeter δενδαλίδας enumerata, vox usurpatur in poetae comici versibus ab Athenaeo XIV p. 645 B citatis

ἐγὼ μὲν ἄρτους, μᾶζαν, ἀθάρην, ἄλφιτα,
κόλλικας, ὀβελίαν, μελιτοῦτταν, ἐπιχύτους,
πτισάνην, πλακοῦντας, δενδαλίδας, ταγηνίας.

Atque hanc solam commemorat Pollux VI 76 αἷς δ᾽ ἄνθρωποι χρῶνται μάζαις, τούτων τὰ ὀνόματα ἄνθεμα[1]), θριδακίνη, φύστη, οἰνοῦττα, ἐφίερος, δανδαλίς κτλ. 77 καὶ βήρηκες δὲ μᾶζαί εἰσι μεμαγμέναι διηθημένων τῶν ἀλφίτων, αἱ δὲ δανδαλίδες πεφρυγμένων κριθῶν. Eratosthenes aut eundem loquendi usum secutus dicere vult, mulierem fecisse tales placentas, aut hordei grana illam fregisse mola[2]) vel frixisse.[3])

Carminum generis cui ἴουλος[4]) nomen erat tenuis tantummodo apud grammaticos Alexandrinos exstabat memoria: unde diversae de hac quoque re sententiae propositae sunt. Duas commemorat praeter Apollonii scholiastam Semus apud Ath. XIV p. 618 D: τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ᾽ αὐτὰ προσηγόρευον ἀμάλας· συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολ-

1) Ortane hinc est interpretatio ἄνθος τι? 2) Hoc si verum est, verbis quae sequuntur ἐπιμύλιον ᾠδήν (Poll. IV 53) significat: v. Velsen Tryphonis fragm. p. 78 sq. 3) De muliere ἱερὰς κριθὰς parante locum concepit Spohnius de extr. Od. parte p. 126. 4) fortasse etiam οὐλαμός: a Polluce enim inter varia poematum genera ἴουλοι et οὐλαμοὶ iuxta commemorantur IV 53.

λῶν μίαν γενόμενα δέσμην οὔλους καὶ ἰούλους· καὶ τὴν Δήμητρα ὁτὲ μὲν Χλόην, ὁτὲ δὲ Ἰουλώ. ἀπὸ τῶν οὖν τῆς Δήμητρος εὑρημάτων τούς τε καρποὺς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς εἰς τὴν θεὸν οὔλους καλοῦσι καὶ ἰούλους. Δημήτρουλοι καὶ καλλίουλοι. καὶ „πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει, ἴουλον ἵει.“ ἄλλοι δέ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδήν. Priorem interpretationem Didymo adsignandam esse scholiasta Apollonii nos docet. Cf. Ath. XIV p. 619 B αἱ δὲ ἴουλοι καλούμεναι ᾠδαὶ Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ πρέπουσιν. Pollux I 38 ἰδίως δὲ Ἀρτέμιδος ὕμνος οὔπιγγος κτλ., Δήμητρος ἴουλος. Phot. lex. ἴουλος.[1]) τὸ δασὺ ἐπίσειον τῶν γενείων· καὶ ᾠδὴ εἰς Δήμητρα· τοὺς γὰρ ἐκ πολλῶν δραγμάτων δεσμοὺς ἰούλους καλοῦσι.[2]) Argumenta eorum qui in hac sententia erant Didymi et Semi verbis comperta habemus: manipulos hordei collectos et in unum fasciculum colligatos significari voculis οὖλος et ἴουλος traditaque esse cognomina Cereris Οὐλώ et Ἰουλώ.[3]) Et fatendum est, praecipue argumentum de Cereris cognomine promptum haud parvi esse momenti: quamquam id sane perversum quod Semus putat ab hoc ipso cognomine et margites et hymnos appellationem accepisse.[4]) Cf. praeter locos allatos Artemid. II 24 οὖλοι καὶ δράγματα καὶ θημῶνες ἀσταχύων. Aquila Deuter. 24, 19 οὖλον (ubi LXX interpr. δράγμα). Serv. ad Aen. XI 858 Burm. *Graeci enim tradunt, Opin et Hecaërgon* οὐλοφόρους[5]) *ex Hyperboreis qui et ipsi sunt Threci in insulam Delum venisse* etc. Schol. Il. Σ 553 ἐλλεδανοῖσι δὲ τοῖς τῶν ἀσταχύων δεσμοῖς, οὓς οὐλοδέτας καλοῦσι (pessime addit οὖλαι γὰρ αἱ κριθαί).[6]) Et. m. p. 204 (adn.) Gaisf. ἀμαλλεῖον· νῦν δὲ οὐλόδετόν τινες. Eust. p. 1162, 29 ἀμάλλιον σχοινίον τὸ καὶ οὐλόδετον, ἐν ᾧ δεσμοῦσιν ἀμάλλας κτλ. ἀμάλλιον, ὃ νῦν τινες οὐλόδετον,

---

1) Suidas v. ἴουλος. 2) Antea: καὶ ᾠδῆς τι γένος ἴουλος. Ex Didymo fluxisse has adnotationes demonstrat Naberus Phot. lex. I p. 14.
3) Vocabulum compositum Δημήτρουλος vel (ut scriptum est in Athenaei epitome) Δημητρίουλος quo tempore formatum sit, nescimus.
4) v. G. Curtius p. 525. Plura coniectavit Koesterus de cantil. popul. vet. Gr. p. 30 sqq. 5) ad XI 532 *quidam dicunt Opim et Hecaërgon primos ex Hyperboreis sacra in insulam Deli occultata in fascibus mergitum pertulisse.* 6) Eust. p. 1162, 34.

οἱ δὲ ὠρόδεσμον, τὸν ἐκ τῆς καλάμης στρεφόμενον δεσμόν, ᾧ δεσμοῦσι τὰ δράγματα καὶ τὴν ἐκ τούτων συγκειμένην ἅμαλλαν. — Ea autem opinio, cuius posteriore loco Semus mentionem facit, Tryphonis fuit, in cuius fragmento apud Ath. XIV p. 618 D legimus ἡ δὲ ταλασιουργῶν (ᾠδὴ) ἴουλος. Reputanti mihi, quam infirma ac temeraria argumentatione veteres grammatici saepenumero usi sint, haud prorsus incredibile videtur, hanc explicationem solo Eratosthenis loco ortam esse, ubi ἔριθος ex consuetudine Homero recentiore idem quod ἐριουργός significare putarent.[1]) Adferebant autem qui ἴουλος vocabulum sic interpretabantur ad comprobandam suam sententiam fortasse poetarum usum, in quorum carminibus οὖλος epitheton est ipsius lanae aut vestimentorum laneorum. — Denique adnotandum est, fuisse qui Iuli hymni originem ab homine quodam ita vocato deducerent. Apollod. apud schol. Theocr. 10, 41 καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις Ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις Ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λυτιέρσης. Phot. v. ἴουλος[2]): καὶ ᾠδῆς τι γένος ἴουλος, καὶ ὁ προσφιλὴς τῇ Ἀρτέμιδι. Haec postrema frustra in suspicionem vocavit Bernhardyus tali usus ratiocinatione (ad Suid. v. ἴουλος): „neque homo Dianae carus isto nomine repertus est, neque licet hoc additamentum ad iulos transferre, cum upingi fuerint Dianae consecrati.“ Quorum argumentorum priore nihil omnino efficitur: quod vero ad alterum attinet, oblitus est Bernhardyus, de Cerere iulis celebrata posterioribus antiquitatis temporibus non omnes consensisse. Nonne scriptor vel poeta aliquis facile sive fingere sive ex fabulis quibusdam colligere potuit iulum pertinuisse ad Dianam? Nonne inepto alicui homini cum de Iulo inquireret οὐλία Dianae epitheton in mentem venire potuit?

Haec paulo fusius exponenda esse putavi, ut appareat nos nescire quid Eratosthenes de hymno illo censuerit. Nam errore tantum factum esse videtur ut Ritschelius diceret,

1) χερνῆτις τῆπερ ταλασήια ἔργα μέμηλεν Apoll. Arg. III 292.
2) Suidas v. ἴουλος.

apud Eratosthenem *ἴουλον* carmen esse quo Ceres a viris mulieribusque messem facientibus celebretur (opusc. philol. I p. 251). Fortasse voce *ἔριθος* mulierem lanificam significavit (id quod ex aliis eius loci versibus luculenter apparere potuit) putavitque, sicut postea Trypho, Iulum a mulieribus lanam tractantibus esse cantatum.[1]) Quamquam si haec eius sententia fuit permirum videtur, quod mulierem non inter ipsum lanificii laborem, sed alio opere occupatam iulos cecinisse narrat. Itaque veri similius est, *ἔριθος* potestate magis generali ab eo usurpatum esse. Ex Didymi verbis quibus Eratostheni adversatur id cognoscimus, Didymum carmen Cererem celebrans cui Iuli nomen esset ad sollemne sanctumque hymnorum genus rettulisse, ut illud nullo modo mulieri mercennariae ab Eratosthene tribui potuisse arbitraretur. Sed Eratosthenes fortasse aliter iudicaverat.

Quo connexu duo versus prolati fuerint, alii fortasse certo iudicio perspicient: id quod mihi non contigit. Sed in mentem mihi venit hymni Homerici particula quaedam. Mercurius postquam boves furatus est, per Onchestum Boeotiae oppidum transit videtque senem in vineto curando occupatum; vetat eum quidquam eorum quae viderit evulgare, gravi poena si aliter faceret denuntiata; mox tamen ab Apolline de armentis interrogatus senex quaecunque conspexerat ei exponit (87—93. 186—212). Dubitari vix potest quin de hominibus Mercurium boves secum agentem conspicientibus ac de responso quod Apollini interroganti datum sit poetae multa diversis modis exornata protulerint. Praecipue huc pertinet fabula de Batto, ab Hesiodo, Didymarcho, Antigono, Apollonio, Nicandro, postea ab Antonino Liberali (23) et Ovidio (Metam. II 687 sqq.) narrata.[2]) Apollodorus complures Apollini de bubus subreptis quaerenti respondisse narrat: *Ἀπόλλων δὲ τὰς βόας ζητῶν εἰς Πύλον ἀφικνεῖται· καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν, οἱ δὲ ἰδεῖν μὲν παῖδα ἐλαύνοντα*

1) Hoc si statuitur, concidunt quae de origine sententiae a Tryphone propositae supra conieci. 2) Cf. O. Müller hyperbor.-röm. Stud. I p. 315.

ἔφασκον, οὐκ ἔχειν δὲ εἰπεῖν ποῖ ποτε ἠλάθησαν διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἴχνος δύνασθαι (III 10, 2). Quidni mulierculam in hanc vel similem fabulam ab Eratosthene inductam esse putemus, sive ipsius invento sive ex iis quae certis quibusdam locis ore hominum circumferrentur?

XIII

Et. m. 135, 31 Ἀργαφίης· οἷον

νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης.

τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε, ἀπὸ Γεργάφου τοῦ Ποσειδῶνος. τὸ δὲ ἐντελὲς ἐν τῷ Ἑρμῇ

κρήνης Γαργαφίης.

ὁ Παρμένιος ἄνευ τοῦ γ· ἢ ἔλλειψις ἀπὸ ἱστορίας.

Nomen fontis in hemistichio usurpatum veram esse atque genuinam formam demonstrant loci qui sunt apud Herod. IX 25. 49. 51. 52 et apud Paus. IX 4, 3: atque haec sola apud scriptores Romanos invenitur. Alteram qua auctor pentametri usus est invenimus etiam apud Alciphronem qui hunc versum expressit in epist. III 1 τὸ δὲ ὅλον πρόσωπον αὐτὰς ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας καὶ τῆς Ἀργαφίας κρήνης ἀπονιψαμένας.

Hemistichium, cuius poeta non nominatur, ex Eratosthenis potius quam ex Philetae Mercurio ductum esse propterea probabiliter coniecit Bergkius (comm. crit. II p. 5), quia Eratosthenis carmen multo maiore valebat auctoritate. Contradixit quidem Bergkii sententiae Vngerus contenditque Philetae Mercurium ab etymologo citari (anal. Propert. p. 90): sed causa quam adfert ad suam opinionem tutandam satis frivola est. Eo enim rem absolvi putat, quod brevi antea apud etymologum (135, 29) Philetae fiat mentio.[1]) Ad liquidum sane confessumque res perduci nequit. Si Bergkio adsentimur, haud difficile est ad explicandum, quomodo Gargaphiae fons in

1) Ne id quidem prorsus certum est: cf. virorum doctorum ad h. l. adn.

Eratosthenis poemate commemorari potuerit: nam Mercurium boves furatum iter per Boeotiam fecisse produnt hymni Homerici poeta (88 sqq.) et Antoninus Liberalis (23). Satis autem veri simile est, Eratosthenem, id quod postea Nicander fecisse videtur[1]), fusius descripsisse dei migrationem eaque ad ostentandam reconditam eruditionem esse usum, quemadmodum Callimachum versari videmus in exponendis Latonae errationibus aliosque alibi.

Multo difficilior est quaestio, quid pro corrupto nomine *Παρμένιος* sit restituendum. Schmidtius verba *Γαργαφίη κρήνη* (dicere debuit *Ἀργαφίη κρήνη*) Parmenoni iambographo tribuenda esse coniecit (Rhein. Mus. VI 1848 p. 404): quod nullo modo potest comprobari. Si enim cum Schmidtio nomen poetae reponeremus qui diversus esset a pentametri auctore, duo maximam praeberent offensionem: primum quod grammaticus pentametri ratione non habita *ὁ Παρμένων ἄνευ τοῦ γ* ita diceret quasi hoc primum formae *Ἀργαφίη* testimonium poeticum proferret, deinde absurda ista enumeratio, qua ante omnia *Ἀργαφίη*, tum *Γαργαφίη* ac tertio loco rursus *Ἀργαφίη* poetarum auctoritatibus probaretur.

Maiorem persuadendi vim duae emendationes habent iam antea propositae. Sylburgius nomen *Παρμένιος* in *Παρθένιος* mutandum esse censuit. Quod si amplectimur simulque statuimus pentametrum esse Parthenii, una offendendi causa tollitur. Restat ordo confusus: nam ut recte monuit Bergkius (anal. Alex. II p. 23) „fatendum est, si scribatur *ὁ Παρθένιος ἄνευ τοῦ γ* ita ut hoc ad pentametrum pertineat, nihil omnino dici, quod non ante iam dictum fuerit, nisi quod poetae nomen additum est.“ Itaque restituto Parthenii nomine simul verba hunc in modum transponi paene necessarium erit: *Ἀργαφίης· οἷον „νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον*

1) Ant. Lib. *ἦγεν αὐτὰς ἐλαύνων διά τε Πελασγῶν καὶ δι᾽ Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος καὶ διὰ Λοκρίδος καὶ Βοιωτίας καὶ Μεγαρίδος, καὶ ἐντεῦθεν εἰς Πελοπόννησον διὰ Κορίνθου καὶ Λαρίσσης ἄχρι Τεγέας, καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος ἐπορεύετο καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιάς.*

Ἀργαφίης“ ὁ Παρθένιος ἄνευ τοῦ γ κτλ. Sed ne sic quidem *ἢ* quod sequitur ullam admittit interpretationem.

Quare cum Sylburgii sententia non talis sit ut omnem difficultatem removeat, omnium maximam probabilitatis speciem Sturzii coniectura habere mihi videtur: pro *Παρμένιος* rescribendum esse *Παρμενίσκος*.[1]) Dicit igitur etymologus, postquam a poetis utramque formam usurpatam esse ostendit, a Parmenisco grammatico *Ἀργαφίη* magis commendari ac pro genuina forma haberi sive ut antiquis vocabulis utar ex Parmenisci sententia *Ἀργαφίη* esse *τὸ ἀπαθές, τὸ γνήσιον*, atque inde *κατὰ πλεονασμὸν* ortum esse *Γαργαφίη*. Fortasse Parmeniscus in ipso illo Mercurii versu *Ἀργαφίης* ut scriberetur praecepit; ita censet Bergkius et inde[2]) statuit Parmeniscum commentarios de Mercurio composuisse (Ztschr. f. d. AW. 1841 p. 87): sed fieri etiam potuit ut in aliquo libro grammatici argumenti quo Herodianus usus est (ex hoc enim etymologum sua sumpsisse probabiliter iudicavit Lentzius) occasione data de hisce nominibus ageret versumque emendari iuberet, sicut etiam Herodianum in libro de monadicis nonnunquam scripturae diversitates commemorare videmus. Cf. p. 25 *τοῦτο γὰρ „ὦ τέκος ἦ ῥ' ἀγαθὸν καὶ ἐναίσιμα δῶρα διδοῦναι“ ποιητικόν· τινὲς δὲ αὐτὸ καὶ διὰ τοῦ ω ἔγραφον.* p. 36 *παρ' Ἀντιμάχῳ „ἀεὶ φάρεος χατέουσιν ἑκόντες.“ οὕτως ἐν τοῖς ἀντιγράφοις εὕρηται.* p. 39 *εἰσὶ μέντοι οἳ καὶ διὰ τοῦ γ γράφουσιν* (vocem *κνέφαλλον*). *ἐν τισιν ἐν Μαλθακοῖς Κρατίνου παρεφύλαξε Σύμμαχος.* p. 41 *διὸ καὶ τὸ ζόος παρ' Ἐπιχάρμῳ οἱ πλείους ἐβάρυναν „τρὶς ἀπεδόθη ζόος.“* Hac igitur Parmenisci opinione commemorata addit Herodianus, modeste ac dubitanter ut solebat agere de nominibus propriis, fortasse non *πλεονασμὸν* vocis *Ἀργαφίη* statuendum esse, sed *ἔλλειψιν* vocis *Γαργαφίη*. Nam *ἢ ἔλλειψις* scribendum est cum Vb, non *ἢ ἡ ἔλλειψις* cum editionibus neque cum Bergkio *καὶ ἡ ἔλλειψις* neque cum Lentzio

---

1) Cf. Lentz ad Herod. II p. 187. 2) De alio argumento quo Bergkius in hac re nititur, dicetur p. 75.

ἡ ἔλλειψις, quarum mutationum, si vera sunt quae disputavi, causa non exstat. Ἀργαφίης autem formam Herodianus putat adhibitam esse a docto poeta ἀπὸ ἱστορίας, i. e. certae cuiusdam narrationis causa de aliqua re traditae. Cf. Ath. IX p. 391 E μήποτ' οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι· καὶ γὰρ ὀχευτικὸν τὸ ζῶον (passer) καὶ πολύγονον. Schol. Pind. Ol. III 52 θήλειαν δὲ εἶπε καὶ χρυσοκέρων ἀπὸ ἱστρίας (ἀπὸ ἱστορίας em. Bergkius anal. Alex. II p. 21)· ὁ γὰρ Θησηίδα γράψας τοιαύτην αὐτὴν λέγει κτλ. Schol. Theocr. 3, 15 ἦ ῥα λεαίνας· οὐκ ἀφ' ἱστορίας, ἀλλὰ διὰ τὸ ἄγριον. Suidas v. Λημνίᾳ χειρί: ὠμῇ καὶ παρανόμῳ, ἀπὸ τῆς ἱστορίας. φασὶ γὰρ τὰς ἐν Λήμνῳ γυναῖκας τοὺς ἄνδρας αὐτῶν ἀνελεῖν κτλ. Schol. ad Aristot. ed. ab Vsenero in annalibus philologicis 1871 p. 312 τὸ δὲ „αἶγα ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα" οὐκ ἀπὸ ἱστορίας τινὸς εἴρηται. Et. m. 512, 44 κίβδηλον· ἀπὸ ἱστορίας· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τῷ πρὸς τοὺς Χίους μίσει φερόμενοι ἐν τοῖς ἀδοκίμοις ἑαυτῶν νομίσμασι τὸν τοῦ Χ τύπον ἐγχαράττοντες ἀπέρριπτον βδελυσσόμενοι. Eust. ad Il. p. 157, 35 τὸ δὲ ἐν Λήμνῳ κατενεχθῆναι αὐτὸν τῇ μυθικῇ συμβάλλεται πιθανότητι ὡς ἀπὸ ἱστορίας κτλ.

Cur Bergkius etiam pentametrum Eratostheni adsignaverit et ad eius Erigonen rettulerit, idoneam causam equidem non video. Dicit enim: „veri simile profecto est, ex eodem poeta utriusque formae exemplum a grammatico afferri; sin diversorum sunt poetarum versus, mirum profecto, quod grammaticus doctus vulgarem hanc formam, quae in multis carminibus haud dubie obvia erat, Eratosthenis potissimum voluerit auctoritate firmare" (anal. Alex. II p. 19). Verum etiam si constaret, in multis poetarum Graecorum carminibus fontem apud quem Romani (Graecum nobis ignotum[1]) secuti) Actaeonem in Dianae conspectum incidisse tradunt[2]) fuisse commemoratum, quid vetat nos arbitrari, solum Eratosthenem utpote qui poetarum illorum cele-

1) eundem fortasse cuius sunt versus in Apollodori codicibus (III 4) servati. 2) Vnger Theb. Parad. p. 379.

berrimus esset, ab etymologo vel Herodiano testem adhibitum esse? Nonnunquam autem grammatici Graeci vocis quamvis saepe occurrentis unum tantum testimonium proferunt: veluti Herodianus propter *κωλῆ* vocabulum Amipsiae locum (Monad. p. 6, 26), propter *Ξοῦθος* nomen versum Hesiodi citat (p. 42, 8).

Ceterum hoc addo, in tractando pentametro cum fundamentum unice certum nobis praebeat Alciphronis imitatio, versum necessario ad Gratias esse referendum. Itaque pro nihilo aestimanda est futilissima Heckeri opinio (comment. crit. de anth. Gr. 1843 p. 179 sq.), qui versum argumentatione prorsus ridicula primum falso ad Musas spectare censet, tum hanc ipsam ob causam ex Callimachi Aetiorum initio, ubi de Musis sermo fuit, dictum esse statuit, addito etiam hoc argumento, quod alibi quoque Alciphro Callimachea expresserit.[1]) Neque cuiquam Vngeri inventa arridere censeo, qui spreto egregii codicis Vb testimonio lectionem antea vulgatam *κρήναις* revocandam, deinde *ἔδραμον* in *ἔδρακον* mutandum, postremo versum ad nymphas quae Actaeonem conspexerint pertinere arbitratur.

XIV

Ath. VII p. 284 D *καὶ Ἐρατοσθένης δ' ἐν Ἑρμῇ φησιν*

ἄγρης μοῖραν ἔλειπον, ἔτι ζώοντας ἰούλους[2])
ἠὲ γενειῆτιν τρίγλην[3]) *ἢ περκάδα κίχλην*
ἢ δρομίην χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν.

Plut. de soll. anim. p. 981 D *Ἐρατοσθένης δὲ τὸν χρύσοφρυν ἔοικεν* (sc. *οἴεσθαι τὸν ἱερόν*)·

εὐδρομίην χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν[4]) *ἱερὸν ἰχθύν.*

1) Argumenta Heckeri impugno: nam versum sicut multos pentametros tacito auctoris nomine citatos fortasse Callimachi esse minime negaverim. 2) De voce *ἴουλος* piscem *ἰουλίδα* significante cf. Synes. epist. 4 p. 165. Apud Plinium nat. hist. XXXII § 152, ubi piscium nomina ab Ovidio posita enumerantur, de iuli nomine propter incertam scripturam dubia res est. 3) *Τρίγλαν γενεᾶτιν* dixerat Sophro quem citat Ath. VII p. 324 F. 4) Alia ratione *ἐπ' ὀφρύσι* usurpatum est apud Theocr. 20, 24.

Coniunguntur terminationes plurales et singulares nullo significatus discrimine: v. Callim. apud Ath. VII p. 284 C. Nicander ib. p. 329 A. Numen. Hal. fr. 5. 7. 11. 12. 18 Bussem. Nonnus Dion. XVI 143. Orph. Arg. 645.

Eratosthenes his versibus non narrasse videtur, certos quosdam piscatores inopinata re permotos semel partem capturae reliquisse: propter imperfectum *ἔλειπον* et praecipue propter *ἦ* particulam repetitam veri similius est eum de more aliquo loqui. Cur autem pisces, quos illi non domum auferunt sed consilio quodam relinquunt, vivi esse perhibentur? Agitur ni fallor de piscium sacrificio.[1]) *ἔλειπον* vocabulum ita incertum est, ut necessario quaedam sive praecedere sive sequi debuerint quibus accuratius fuerit definitum, veluti *ἀθανάτοις* aliaque verba huc spectantia. Cf. Theocr. apud Ath. VII p. 284 A

καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον,
ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθύν,
ὃν λεῦκον καλέουσιν, ὁ γὰρ φιερώτατος ἄλλων.

Ath. VII p. 297 D *φησὶ γοῦν Ἀγαθαρχίδης ἐν ἕκτῃ Εὐρωπιακῶν τὰς ὑπερφυεῖς τῶν Κωπαΐδων ἐγχέλεων ἱερείων τρόπον στεφανοῦντας καὶ κατευχομένους οὐλάς τ' ἐπιβάλλοντας θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς Βοιωτούς· καὶ πρὸς τὸν ξένον τὸν διαποροῦντα τὸ τοῦ ἔθους παράδοξον καὶ πυνθανόμενον, ἓν μόνον εἰδέναι φῆσαι τὸν Βοιωτόν, φάσκειν τε ὅτι δεῖ τηρεῖν τὰ προγονικὰ νόμιμα, καὶ ὅτι μὴ καθήκει τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίζεσθαι. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν εἰ ἱερείων τρόπον ἐγχέλεις θύονται, ὁπότε καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ λέξεως τοὺς ἁλιέας λέγει θυσίαν ἐπιτελοῦντας τῷ Ποσειδῶνι ὑπὸ τὴν τῶν θύννων ὥραν, ὅταν εὐαγρήσωσι, θύειν τῷ θεῷ τὸν πρῶτον ἁλόντα θύννον, καὶ τὴν θυσίαν ταύτην καλεῖσθαι Θυνναῖον.* p. 325 B *Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλην διὰ τὴν τοῦ*

1) Callimachus quoque rariora sacrificandi genera in carminibus memorans doctrinam ostentat: schol. Arist. Av. 873. Clem. Protr. 29.

ὀνόματος οἰκειότητα· τρίμορφος γὰρ ἡ θεός.[1]) Iul. or. V p. 176 C *καὶ θύομέν γε* (pisces), *ἔφην, ὦ μακάριε, ἔν τισι τελεστικαῖς θυσίαις.*[2]) Videtur autem poeta in piscibus enumerandis erudito quodam delectu usus esse. Mullum cur commemoraverit apparet ex Athenaei loco altero: „sacrum" quoque piscem valde convenire sacrificio perspicuum est: iuli denique mentio fit fortasse ratione Cereris vel Dianae habita.[3]) — Hac versuum explicatione profligantur scrupuli, quibus permotus Bernhardyus particulas disiunctivas non ferendas et *ἠὲ* in *ἠδὲ*, utrumque *ἢ* in *καὶ* mutandum censuit (p. 138).

Qua vero de causa Eratosthenes in Mercurio haec tractaverit quis dicat? Fingere aliquis possit, in prima carminis parte regionis mentionem factam esse, quae poetae ansam praebuerit ad veterem quandam consuetudinem memorandam. In Aroanio Arcadiae septentrionalis fluvio, cuius mentionem in Mercurio Eratosthenem movisse supra demonstrare conatus sum (p. 15 sq.), mirum quoddam piscium genus fuisse perhibebatur, de quo Athenaeus haec profert: *Φιλοστέφανος δὲ ὁ Κυρηναῖος μὲν γένος, Καλλιμάχου δὲ γνώριμος, ἐν τῷ περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν ἐν Ἀόρνῳ* (*Ἀροανίῳ* em. Casaubonus) *φησὶ τῷ ποταμῷ διὰ Φενεοῦ ῥέοντι ἰχθῦς εἶναι φθεγγομένους ὁμοίως κίχλαις· καλεῖσθαι δ' αὐτοὺς ποικιλίας* (VIII p. 331 E). Paus. VIII 21, 1 *εἰσὶ δὲ ἰχθῦς ἐν τῷ Ἀροανίῳ καὶ ἄλλοι καὶ οἱ ποικιλίαι καλούμενοι· τούτους λέγουσι τοὺς ποικιλίας φθέγγεσθαι κίχλῃ τῇ ὄρνιθι ἐοικός.* In eadem regione lacum esse piscibus carentem refert Aelianus (de nat. an. III 38). Talia ab Arcadibus variis fabulis explicata fuisse facile quivis suspicetur. Verum fortasse ne hoc quidem vinculo versus cum ipsa narratione coniuncti erant: nam poetae Alexandrini, ut Hauptii verbis utar, „comparationibus et exemplis eo uti solebant ut fabularum et historiarum minus

---

1) p. 325 A *τῇ δὲ Ἑκάτῃ ἀποδίδοται ἡ τρίγλη διὰ τὴν τῆς ὀνομασίας κοινότητα· τριοδῖτις γὰρ καὶ τρίγληνος.* Cf. Charicl. ib. p. 325 D. Nausicr. fr. 2 Mein. 2) Lobeck Agl. p. 249. 3) V. p. 24 sq. *ἱερὸς ὗκης* dicit Callimachus, fr. 72; Hermippus autem, teste Athenaeo VII p. 327 C, *ὗκην ἀκούει τὴν ἰουλίδα.*

tritarum varietate carmina distinguerent atque saepe a via quasi declinantes amoena deverticula quaererent simulque eruditionem ostentarent" (ind. lect. Berol. 1855—56 p. 9).

Praeter Eratosthenem et Clitarchum Athenaeus etiam Callimachum *ἱερὸν ἰχθὺν* pro aurato habuisse tradit (VII p. 284 C): *Καλλίμαχος δ' ἐν Γαλατείᾳ τὸν χρύσοφρυν·*

> *ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν,*
> *ἢ πέρκας, ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.*[1]

Celeberrimum erat *ζήτημα*, quid significaret *ἱερὸς ἰχθύς* (Il. *Π* 407): itaque Eratosthenes verbis Callimachi repetitis profitetur, praeceptoris sententiam sibi probatam esse.

Variae autem huius problematis solutiones, de quibus agitur a Plutarcho de soll. anim. p. 981[2]), ab Athenaeo VII p. 282 sqq., in scholiis ad Il. *Π* 407, in Et. m. 468 (Et. Gud. p. 272, 52. 288, 38), in duo genera disponi possunt. Alii enim certum quendam piscem ab Homero designari putabant, alii latiorem sensum tribuebant vocabulo. Et illi quidem rursus in duas diversas abierunt opiniones. Nonnulli de eo pisce cogitabant qui *ἀνθίας* dicebatur eiusque sententiae testem Aristotelem adferebant; ita enim ille in hist. an. IX § 135: *ὅπου δ' ἂν ἀνθίας ὀραθῇ, οὐκ ἔστι θηρίον· ᾧ σημείῳ χρώμενοι κατακολυμβῶσιν οἱ σπογγεῖς καὶ καλοῦσιν ἱεροὺς ἰχθῦς τούτους.* Quod si etiam *κάλλιχθυς* a quibusdam pro sacro pisce haberi memoratur, id ex eorum sententia dictum, qui utroque nomine eundem piscem significari arbitrabantur. In quorum numero Oppianus est, qui prorsus idem, quod Aristoteles de anthia, de pulchro qui dicitur pisce narrat, Hal. V 627—632. Cf. schol. ad I 185. Sed alterum ab altero distinguendum esse Dorio in libro de piscibus contendit. Atque idem de helope valet; qui cur sacer nominatus sit Plutarchus mira ratione explicat: *πολλοὶ δὲ τὸν ἔλλοπα· σπάνιος γάρ ἐστι καὶ οὐ ῥᾴδιος ἁλῶναι κτλ.*

---

1) Cf. Meineke ad Theocr. 11, 56. Immerito Bernhardyus priorem versum Callimacho abiudicat. Dilthey de Call. Cyd. p. 109. 2) Cf. etiam quaest. conv. VIII 8.

Nam helopem quoque ab anthia non diversum esse quidam volebant, negavit Dorio. — Plures autem sacrum piscem non anthiam sed πομπίλον esse censebant. Id nautarum loquendi consuetudo comprobare visa est Dionysio, qui cognomine Ἴαμβος appellabatur, in libro de dialectis (apud Ath. p. 284 B ἀκηκόαμεν γοῦν ἁλιέως Ἐρετρικοῦ τὸν ἱερὸν ἰχθὺν καὶ ἄλλων πολλῶν ἁλιέων καλούντων τὸν πομπίλον) et Clitarcho in septimo libro Glossarum, qui ita appellari hunc piscem propter morem naves sectandi existimat (apud Ath. p. 284 D οἱ ναυτικοὶ πομπίλον ἱερὸν ἰχθὺν προσαγορεύουσι διὰ τὸ ἐκ πελάγους προπέμπειν τὰς ναῦς ἕως εἰς λιμένα· διὸ καὶ πομπίλον καλεῖσθαι, χρύσοφρυν ὄντα). Quibus dis sacer esset πομπίλος, Pancrates tradidit: Ath. p. 283 A Παγκράτης δ' ὁ Ἀρκὰς ἐν τοῖς Θαλασσίοις ἔργοις ἐπιγραφομένοις προειπὼν „πομπίλος ὃν καλέουσιν ἁλίπλοοι ἱερὸν ἰχθύν" διηγεῖται ὡς οὐ μόνον τῷ Ποσειδῶνι ὁ πομπίλος ἐστὶ διὰ τιμῆς, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς τὴν Σαμοθρᾴκην κατέχουσι θεοῖς. Cf. p. 282 E ὁ μὲν τὴν Τελχινιακὴν ἱστορίαν συνθείς, εἴτ' Ἐπιμενίδης ἐστὶν ὁ Κρὴς ἢ Τηλεκλείδης εἴτ' ἄλλος τις, ἱερούς φησιν εἶναι ἰχθύας δελφῖνας[1]) καὶ πομπίλους. p. 283 C μνημονεύει τῶν πομπίλων καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ ἐνάτῳ τοῦ Δείπνου „κωβιοὶ εἰνάλιοι καὶ πομπίλοι ἱεροὶ ἰχθῦς." Eandem igitur de sacro pisce sententiam etiam Callimachus et Eratosthenes proposuerunt[2]): nam teste Clitarcho (loco supra citato) χρύσοφρυς idem piscis est atque πομπίλος. Cf. etiam Ath. p. 282 E ἔστι δ' ὁ πομπίλος ζῷον ἐρωτικόν, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς γεγονὼς ἐκ τοῦ Οὐρανίου αἵματος ἅμα τῇ Ἀφροδίτῃ κτλ. et Archippus apud Ath. p. 328 A ἱεροὺς Ἀφροδίτης χρυσόφρυς Κυθηρίας. Ignorabat haec scholiasta V ad Il., qui scribit οἱ δὲ χρύσοφρυν, οἱ δὲ πομπίλον. In Theocriti verbis σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν ὃν λεῦκον καλέουσιν qui piscis significetur nescimus.

---

1) [Erat.] Catast. 31 (Neptunus) μεγίστας τιμὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ αὐτῷ (delphino) ὥρισεν, ἱερὸν αὐτὸν ὀνομάσας εἶναι κτλ. 2) De Callimachi fragm. 72 propter argumenti obscuritatem nihil certi dicere possumus.

Maior dissensio inter eos erat, qui epitheton Homericum ad unum quoddam piscium genus spectare negabant. Erant qui *ἱερὸν ἰχθὺν* interpretarentur „piscem dis dicatum" (*ἄνετον, ἄφετον*) eodem sensu quo *ἱερὸς βοῦς* diceretur; ineptum huius opinionis argumentum in schol. A traditum invenimus: *διὰ τὸ μὴ πεπτωκέναι ὑπὸ χρῆσιν τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων τροφὴν ἐπὶ τῶν ἡρώων.* Cf. schol. Aesch. Pers. 745. Alii simplicius, neque tamen prudentius, *ἱερὸν* magnum significare posse eodemque sensu dici *ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, ὀστοῦν ἱερόν, ἱερὰν νόσον*[1]) contendebant (cf. Et. Gud. p. 273, 15. schol. Opp. Hal. I 185 ubi *ἱερός* etiam *καλός* et *τίμιος* adiectivis explicatur). Aristarchus has duas explicationes quodammodo coniunxit: Ariston. *ἀλλὰ κοινότερον τὸν ἄνετον καὶ εὐτραφῆ, ὡς ἱερὸν βοῦν λέγομεν τὸν ἀνειμένον.* Schol. V *ἄμεινον δὲ μέγαν καὶ ἀσυνήθη, θεοῖς ἀνειμένον θαλασσίοις.* Apoll. Lex. p. 90 *ἱερὸν ἰχθύν· ἤτοι τὸν μέγαν, ἢ τὸν ἄνετον καὶ διαφέροντα τῶν ἄλλων.* Hesych. *ἱερὸν ἰχθύν· τὸν μέγαν καὶ ἄνετον λέγει· ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα.* Denique longe diversam explicandi viam ingressi sunt ii qui *ἱέμενον πρὸς τὸν ῥοῦν*[2]) iique qui *τὸν διερόν* explicuerunt (in quorum numero fuit Herodianus)[3]), atque hi quidem variis vocis *διερός* derivationibus usi, quod apparet ex Etym.[4]) *τινὲς παρὰ τὸ διαίνω τὸ βρέχω διερός, καὶ ἱερὸν τὸν ἀεὶ ἐν ὕδατι βρεχόμενον*[5]) *κατὰ ἀποβολὴν τοῦ δ, οἷον „ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ ποδί." οἱ δὲ παρὰ τὸ δίω τὸ διώκω διερός, καὶ ἱερὸς ὁ ταχὺς καὶ διωκτικός.* — His omnibus veterum grammaticorum interpretationibus mirabilior est ea quam Nitzschius invenit: „Fische sind im Homer nur eine Speise der Noth oder der Armuth: ein gesegneter kann der Fisch heissen entweder weil ihn ein

1) V. Haupt Hermes I p. 21 sqq. 2) Ita Ath. p. 284 D. Quare apud Plutarchum in tradita lectione *ἱέμενον* acquiescendum: Wyttenbachius genuinam scripturam *ἀνιέμενον* fuisse suspicatus est.
3) Eustathii verbis (de versu Il. Π 407) *εἰσὶ δὲ οἳ διερὸν μεταγράφουσιν* fidem non habeo. 4) Et. m. 468, 20. Et. Gud. p. 288, 38.
5) Explicatio prorsus perversa exstat in Et. Gud. p. 286, 29 *ἰχθὺς ἱερός· ὁ ἐν τῷ ὑγρῷ θυόμενος* (*φυόμενος* cj. Diltheyus).

mitleidiger Gott den Armen gönnt, oder weil er auf jeden Fall für den Fischer ein Geschenk der Götter ist" (ad Od. γ 278).

Talia refellere nunc non opus est, postquam G. Curtius docuit quid verum sit (Ztschr. f. vgl. Sprachf. III p. 154 sqq. Grundz. p. 372). Nam eam sententiam quam nuper Ahrensius protulit (Philol. XXVII p. 590) vix quisquam approbabit. Putat Ahrensius, exstitisse vocem *ἱερός* origine non diversam a vocabulis *διερός λιαρός λιγυρός* et eodem sensu quo *διερός* et *λιγυρός* adhibitam. *ἱερὸν ἰχθὺν* autem iisdem duabus rationibus explicari posse censet quas in Et. m. 468, 20 et in Et. Gud. p. 288, 38 propositas invenimus. Nolo eas Ahrensii disputationes quae ad etymologiam spectant curiosius examinare: quamquam nonnullas gravissimis dubitationibus obnoxias esse vix ipse infitias ibit. Sed id certe postulare possumus, ut ad voculam linguae Graecae vindicandam certi scriptorum Graecorum loci, non merae coniecturae quamvis sagaces adhibeantur. Videamus igitur, quosnam locos Ahrensius huc pertinere arbitretur. Ac primum quidem quae apud Homerum dicuntur *φυλάκων ἱερὸν τέλος*, *Ἀργείων ἱερὸς στρατός*, *ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο*, *ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο*, *ἱεροὶ ποταμοί*, ea omnia si Curtii sententiam sequimur facillimam habent interpretationem. Deinde *ἱερὸς ὄρνις* in epigrammatis Mnasalcae et Rhiani (anth. Pal. VII 171, 1. XII 142, 3) ex inscita Homeri imitatione explicari potest. Tum in Alcmanis versu qui exstat in Antigoni Carystii hist. mir. 27 Ahrensius virginibus non *ἱερόφωνοι* sed *ἰερόφωνοι* („= *λιγύφωνοι*") adiectivum attribuit.[1]) Ego vero non intellego, cur virgines sacra carmina canentes non eodem iure *ἱερόφωνοι* dici potuerint quo viri fatidici *ἱερόγλωσσοι* appellantur.[2]) Alia propterea nihil certi evincere possunt, quia scripturis non traditis sed ab Ahrensio excogitatis nituntur. Nam Simonidem (apud Ath. IX p. 374 D)

1) *ἱμερόφωνοι* scripsit Schneidewinus exerc. crit. III 12. 2) Epigr. apud Paus. VI 17, 6. — Antagoras in anth. Pal. VII 103, 4 *ὧν ἀπὸ μῦθος ἱερὸς ἤισσεν δαιμονίου στόματος.*

non *ἡμερόφων'* vel *ἱμερόφων' ἀλέκτωρ*, sed *ἱερόφων' ἀλέκτωρ*, Sappho (apud schol. Soph. El. 149) non *ἱμερόφωνος* sed *ἱερόφωνος ἀηδών* dixisse arbitratur. In duobus aliis locis tractandis variae lectionis testimonia in auxilium vocat. Photius enim in lexico non *ἠεροφώνων* (Il. Σ 505) ut Hesychius, sed *ἱεροφώνων* exhibet, et in Alcmanis verbis *ἐπὶ δ' ἵμερον ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν* (apud Heph. p. 24 Westph.) Maximus Planudes lectionem *ἱερὸν ὕμνον* praebet (rhet. Gr. ed. Walz V p. 510). Sed ne ea quidem tanti momenti esse ut inauditum istud *ἱερός* vocabulum inde restituere liceat nemo infitiabitur.[1]) Restat versus qui est in Alcmanis fragmento Parisino p. 1, 21 ubi in papyro haec servata habemus

ιτες δὲ Διὸς δ(ό)μον
ην · εϱογλεφάϱοι.

Locus difficillimus est: nescio an Alcman *διεϱογλεφάϱοι* scripserit eodem sensu quem Ahrensius in vocabulo a se invento (*ἱεϱογλεφάϱοι*) inesse vult.[2])

XV

Theo Smyrnaeus postquam Alexandri Ephesii versus de ordine et consonantia planetarum tractavit ita pergit (de astr. p. 192):

Ἐϱατοσθένης δὲ τὴν μὲν διὰ τῆς φοϱᾶς τῶν ἄστϱων γινομένην ἁϱμονίαν παϱαπλησίως ἐνδείκνυται· τὴν μέντοι τάξιν τῶν πλανωμένων οὐ τὴν αὐτήν, ἀλλὰ μετὰ σελήνην ὑπὲϱ γῆς δεύτεϱόν φησι φέϱεσθαι τὸν ἥλιον. φησὶ γὰϱ ὡς Ἑϱμῆς ἔστι (*ἔτι* em. Martinus) *νέος, ἐϱγασάμενος τὴν λύϱαν*[3]), *ἔπειτα πϱῶτος* (*πϱώτως* em. Martinus) *εἰς τὸν οὐϱανὸν ἀνιὼν καὶ παϱαμείβων τὰ πλανᾶσθαι λεγόμενα, θαυμάσοιε* (scr. *θαυμάσας*) *τὴν διὰ τὴν ῥύμην τῆς φοϱᾶς αὐτῶν*

---

1) Quid vetuit grammaticos *ἠεϱοφώνων* interpretari voce *μεγαλοφώνων*, id quod factum videmus apud Hesychium? V. schol. Il. Σ 505 *ἠεϱοφώνων δέ, ὧν ἡ φωνὴ μέχϱι τοῦ ἐμφανοῦς ἱκνεῖται. καὶ ἐν ἄλλῳ „φωνὴ δέ οἱ αἰθέϱ' ἵκανε."* 2) Cf. Luc. Lexiph. 4 *διεϱὸν βλέπειν*.

3) De lyra a Mercurio inventa cf. Volkmann Plut. de musica p. 154 sq. Vnger Theb. Parad. p. 32 sqq.

γινομένην ἁρμονίαν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κατεσκευασμένῃ λύρᾳ (add. *ὁμοίαν*) . . . . *ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι φαίνεται ὁ ἀνὴρ οὗτος τὴν μὲν γῆν ἐᾶν ἀκίνητον, ἐν ὀκτὼ δὲ φθόγγοις ποιεῖ ὑπὸ τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν ταῖς* (*τὰς* em. Mart.) *τῶν πλανωμένων ἑπτά, καὶ πάσας κινῶν περὶ τὴν γῆν καὶ τὴν λύραν ποιούμενος ὀκτάχορδον ἐν τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, ὁ μουσικώτερος Ἀλεξάνδρου.*[1])

Vocem *ὁμοίαν* pertinentem ad dativum *τῇ ὑπ' αὐτοῦ κατεσκευασμένῃ λύρᾳ* deesse perspexit Martinus addiditque eam post *ἁρμονίαν*. Desunt autem plura. Nam ubi Theo dixit, Eratosthenem post lunam statim collocare solem, pergitque *φησὶ γάρ*, sequentia accuratius declarent necesse est, quonam modo Eratosthenes hanc sententiam expresserit. Omnem dubitationem tollit Chalcidius, e cuius verbis (*quae causa esset — et excelsa*) Graecum locum facile quivis supplere potest. His reputatis *ὁμοίαν* vocabulum cum ceteris quae exciderunt ante verba *ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι* locum habuisse statuo; *θαυμάσοιε* autem non in *θαυμάσειε*, quod Martinus scripsit, sed in *θαυμάσας* mutari debet: *miratum* exstat apud Chalcidium.

Chalcid. comment. in Plat. Tim. 72 *quem* (Alexandrum) *secutus Eratosthenes motu quidem stellarum sonos musicos edi consentit: sed ordinem collocationis non eundem esse dicit. statim quippe post lunam secundam altitudinem a terra dat soli, memorans fabulose, Mercurium commenta recens a se lyra cum caelum ascenderet primitus transeuntem per ea, quae motu planetarum ad organicum modum personabant* (*lyrae*)[2]) *a se inventae similem, miratum quod imago a se inventi operis in*

1) Sic postrema, litterarum compendiis scripta, in codice Marciano (303) leguntur. Ambrosianus (C 263 inf.) et Parisinus (1821) quo solo usus est Martinus habent *ὁ μουσικώτατος Ἀλέξανδρος*, unde iam Martinus genuinam lectionem cognovit. Bergkius *οὐχ ὡς ὁ μουσικώτατος Ἀλέξανδρος* a Theone scriptum fuisse coniecit (Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 177). Est autem Parisinus descriptus ex Ambrosiano, Ambrosianus ex Marciano, ut is pro unico tractatus de astronomia fonte habendus sit: de qua re alio loco disputabo. 2) *lyrae* quod deest in editionibus addendum videtur; cf. Graeca verba.

caelo quoque reperiretur stellarum collocatione quae causa esset concinentiae, recensere, primum se a terra transmisisse lunae globum, post quem superasse solis, dehinc Mercurii Stilbontis et ceterorum cum aplani summa et excelsa.

Ach. Tat. p. 136 A *περὶ δὲ τῆς ἐναρμονίου κινήσεως αὐτῶν* (stellarum errantium) *εἶπεν, ὡς ἔφην, Ἄρατος ἐν τῷ κανόνι καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ καὶ Ὑψικλῆς καὶ Θράσυλλος καὶ Ἄδραστος Ἀφροδισιεύς.*

Narrationem de Mercurio caelum ascendente ad poema Mercurii nomine inscriptum revocavit Fabricius: neque quidquam profecto magis perspicuum. Videmus enim in fragmentis quae ad hoc carmen certis testimoniis referuntur, poetam res caelestes describentem saepius tempore praeterito uti, cf. fr. XVII—XIX: id quod explicari nequit nisi de narratione cogitamus, qua poeta aliquem induxerit caeli signa motusque contemplantem: nam in carmine mere quod dicunt didactico absurda haec essent. Illum vero qui iter caeleste suscipit Mercurium esse quis neget inspectis Theonis et Chalcidii locis? Constat praeterea Achillis testimonio sphaerarum consonantiam in Mercurio fuisse commemoratam: cf. fr. XVII.

Verum enim vero constat etiam id ipsum opus carmen fuisse epicis versibus compositum: quomodo igitur *ἔπη* ei apud Theonem opponi possunt? Mirationem nostram augeri oportet, cum viderimus ea quae ex epico carmine citantur ad idem illud argumentum in Mercurio tractatum, sphaerarum consonantiam dico, pertinere. Sed ea difficultas facile solvi potest. Demonstravi enim, quaecunque Theoni et Chalcidio communia sint ex Adrasti Peripatetici in Platonis Timaeum commentario ab uno descripta, ab altero in Latinum sermonem conversa esse (Rhein. Mus. XXVI p. 582 sqq.). Idem igitur valet de fabula qua Mercurius caeli contemplator inducitur. Verba quae eam sequuntur, inde a lacuna a me indicata usque ad *Ἀλεξάνδρου,* Theo solus habet: quae autem postea legimus, rursus communia

habent.[1]) Itaque necessario suspicio oritur, illa ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι κτλ. a Theone verbis Adrasti addita esse. Ac si hoc statuimus, omnia plana fiunt. Etenim Theo, exiguae eruditionis homo, cum illa ad Eratosthenem pertinentia ex Adrasto describeret, ad carmen quoddam ea referenda esse nesciebat. In priorem autem operis sui partem (p. 165 Bull.) ex alio scriptore, fortasse Moderato, duos hexametros Eratosthenicos de sphaerarum concentu transtulerat (fr. XVII). Itaque Eratosthenis sententiam ex Adrasto relatam complere sibi visus est additis (quasi duo testimonia ad diversos libros pertinerent) verbis ἐν δὲ τοῖς ἔπεσε κτλ. Nititur hoc additamentum solis illis versibus. Quod enim Theo ultimo loco dicit τὴν λύραν ποιούμενος. ὀκτάχορδον ἐν τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, quamquam fragmento XVII non docetur, tamen ex eo concludere potuit. Existimabat enim antiquitas caelestium corporum harmoniam respondere fidibus lyrae. Inde Theo statuit (quod num accurata argumentatione fecerit, postea videbimus) ex Eratosthenis opinione octo sphaerarum motu consonantias fidium octachordi edi: acutissimus vero octachordi sonus et gravissimus consonantiam διὰ πασῶν efficiunt.[2])

Quae cum ita sese habeant, reicienda omnino est Bergkii sententia, qui ex illa citandi ratione colligit, prius testimonium non ex Mercurio sed ex Catasterismis petitum esse. Cui opinioni praeter ea documenta, quae de carmine Mercurii nomen gerente cogitare nos iubent, etiam Catasterismorum argumentum repugnat. Narratae erant ibi fabulae de signorum caelestium originibus, ac vix intellegi potest, qua ratione in hoc opere Eratosthenes rettulerit Mercurium sphaerarum harmoniam esse miratum. Theo autem non utro-

---

1) Theo οἱ μέντοι μαθηματικοὶ οὔτε ταύτην κτλ. Chalc. *mathematici tamen neque hanc* etc. 2) Westphal Metrik der Gr. I p. 294 sqq. Ceterum eorum quoque, qui harmoniam mundi heptachordo aut enneachordo adaequabant, plerique consonantiam διὰ πασῶν effici censebant. De heptachordo cf. Arist. Quint. p. 145 sqq. Nicom. Harm. p. 6. Boeth. de inst. mus. I 20. 27. Bryenn. Harm. p. 363. 410; de enneachordo Alex. Ephes. apud Theonem de astr. p. 188. Plin. nat. hist. II § 84. Plut. de an. procr. p. 1029 A. Hyg. de lim. const. p. 184 Lachm. Censor. 13. Favonius Eulogius in Somn. Scip. p. 411 Or.

que, ut Bergkius censet, Eratosthenis libro utebatur, sed neutro. —

Demonstrasse mihi videor, verbis Theonis τὴν λύραν ποιούμενος ὀκτάχορδον nil contineri nisi sententiam Theonis quam ex duobus versibus fr. XVII sibi informaverit. Licetne nobis hanc conclusionem, quam speciem quandam probabilitatis habere non nego, adoptare? Non licet. Quid enim si Eratosthenes eandem de sphaerarum concentu opinionem protulerit quam postea a Cicerone prolatam videmus? octo quidem mundi sphaeras esse quae moverentur: sed septem tantum sonos edi, quia Mercurii et Veneris motibus idem sonus efficeretur. Ita enim Cicero (quem huius sententiae inventorem esse nemo profecto opinabitur) de rep. VI 18: *illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos, qui numerus rerum omnium fere nodus est, quod docti homines nervis imitati atque cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc locum* etc. Cf. Macr. in Somn. Scip. II 4, 9 *octo sunt igitur quae moventur, sed septem soni sunt qui concinentiam de volubilitate conficiunt propterea quia Mercurialis et Venerius orbis pari ambitu comitati solem viae eius tamquam satellites obsequuntur et ideo a nonnullis astronomiae studentibus eandem vim sortiri existimantur.*[1]) Quod si eodem modo narravit Eratosthenes, Mercurio, qui in eius carmine congruentiam inter caelestium sphaerarum sonos et lyram a se inventam miratur, non octachordi, sed heptachordi inventionem tribuisse censendus est. Ac facile quis hoc veri similius esse propterea putaverit, quia constat lyram septem fidibus instructam antiquis temporibus usitatam, octachordon postea demum inventum esse. Itaque aptius certe fuit, lyrae Mercurii septem quam octo fides tribuere. Atque hanc ob causam poeta hymni Homerici narravit ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς (51), aliique eum secuti

1) Fuisse etiam videntur, qui soli, Mercurio, Veneri unam tantum vocem tribuerent. Cf. Plut. de an. procr. p. 1029 B.

sunt.[1]) Attamen rem in medio relinquo. Id vero propter Adrasti locum pro explorato putandum, Eratosthenem non in eorum numero fuisse qui Mercurio, ea nimirum de causa quia *σύστημα τετράχορδον* omnium vetustissimum fuisse existimabatur, tetrachordon adsignarent.[2]) Alii etiam de trium fidium lyra a Mercurio inventa fabulabantur: Diodorus enim refert, Mercurium ex Aegyptiorum opinione *λύραν τε νευρίνην ποιῆσαι τρίχορδον, μιμησάμενον τὰς κατ' ἐνιαυτὸν ὥρας· τρεῖς γὰρ αὐτὸν ὑποστήσασθαι φθόγγους, ὀξὺν καὶ βαρὺν καὶ μέσον, ὀξὺν μὲν ἀπὸ τοῦ θέρους, βαρὺν δὲ ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, μέσον δὲ ἀπὸ τοῦ ἔαρος* (I 16).

Lyra inventa ex carminis nostri institutione Mercurius in caelum ascendit transitque eius sphaeras. Posset quispiam ex pristino Mercurii dei apud Graecos significatu hoc explicare, si recte Welckerus de eo iudicasset.[3]) Sed valde dubito, an Welckeri sententia cuiquam sit comprobata. Itaque Bernhardyo potius adstipulandum, qui Eratosthenis narrationem ad Aegyptiorum res divinas spectare contendit (p. 111). Pervulgatum est Thoth Aegyptiorum deum non diversum existimatum esse a Mercurio. Ad illum autem Aegyptii astronomiae origines referebant. Plato in Phaedro p. 274 C *ἤκουσα τοίνυν περὶ Ναύκρατιν τῆς Αἰγύπτου γενέσθαι τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινα θεῶν, οὗ καὶ τὸ ὄρνεον τὸ ἱερόν, ὃ δὴ καλοῦσιν ἶβιν· αὐτῷ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεύθ. τοῦτον δὲ πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν.* Diod. l. c. (de iis quae Aegyptii ad Mercurium referebant) *περί τε τῆς τῶν ἄστρων τάξεως καὶ περὶ τῆς τῶν φθόγγων ἁρμονίας καὶ φύσεως τοῦτον πρῶτον γενέσθαι παρατηρητήν.* Strabo XVII p. 816 *λέγονται δὲ καὶ ἀστρονόμοι καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ*

---

1) Alex. Ephes. apud Theonem de astr. p. 190. Ov. Fast. V 105. [Erat.] Catast. 24. Hyg. de astr. II 7. Schol. Ar. Phaen. 269. Schol. Germ. p. 84. 150 Breys. Luc. dial. deorum 7, 4. Bryenn. Harm. p. 362. 410.
2) Macr. Sat. I 19, 15. Boeth. de inst. mus. I 20. 3) Griech. Götterl. I p. 342 „er bedeutet den Kreislauf des Himmels, des Tags und der Nacht, des Wachens und Schlafens, dem entsprechend auch des Lebens und Sterbens, die lebendige Bewegung, den Umschwung."

ἐνταῦϑά (Thebis) ἱερεῖς· τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον κτλ. ἀνατιϑέασι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην μάλιστα σοφίαν. Aegyptiorum sacerdotes quadraginta duo habebant sacros libros deo Thoth attributos[1]), quorum quattuor astronomiam tractaverunt: Clem. VI 35 μετὰ δὲ τὸν ᾠδὸν ὁ ὡροσκόπος ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα πρόεισιν. τοῦτον τὰ ἀστρολογούμενα τῶν Ἑρμοῦ βιβλίων τέσσαρα ὄντα τὸν ἀριϑμὸν ἀεὶ διὰ στόματος ἔχειν χρή, ὧν τὸ μέν ἐστι περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων, τὸ δὲ περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης, τὸ δὲ λοιπὸν περὶ τῶν ἀνατολῶν. Cum igitur Mercurius ut Graeci fabulabantur lyram, ex Aegyptiorum opinione Thoth astronomiae scientiam invenerit, Pythagoreorum autem et Platonis placitis voces lyrae ad motus astrorum fuerint relatae: facile est ad explicandum, qua ratione Eratosthenes ea quae Adrastus exponit fingere potuerit.[2]) Fortasse vir rerum Aegyptiarum peritissimus, cum Mercurium lunae sphaeram permeasse referret, in hac narratione instituenda etiam eo respexit quod Thoth nonnunquam lunarem quandam habebat significationem lunaeque dominus appellabatur[3]): quare in imaginibus repraesentatur lunam sive plenam sive dimidiam in capite gerens.[4]) Cf. Plut. de Is. et Os. c. 41 καὶ τῷ μὲν ἡλίῳ τὸν Ἡρακλέα μυϑολογοῦσιν ἐνιδρυμένον περιπολεῖν, τῇ δὲ σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν.

De planetarum collocatione, in quam primi Pythagorei accuratius inquisivisse dicuntur[5]), inter veteres complures fuisse opiniones notum est. De luna quidem et de Martis Iovis, Saturni ordine inter omnes fere constabat: at de sole, Mercurio, Venere alii aliter iudicabant. Anaximandri, Par-

1) Clem. Strom. VI 35—37. Cf. Plut. de Is. et Os. c. 61. Lepsius das Todtenbuch der Aegypter p. 17. Quibus fundamentis ea nitantur, quae de Thoth deo „ogdoadis domino" Knoetelius profert (Rhein. Mus. XXII p. 522 sqq.), diiudicare nequeo. 2) Cf. Manil. I 30 sqq. 3) Bunsen Aegyptens Stelle in der Weltgesch. I p. 463 sq. 4) Parthey Plut. über Isis u. Os. p. 154 sq. 5) Eudemus apud Simpl. in Aristot. libros de caelo p. 212a Karst.

menidis, Leucippi sententiae posteris temporibus merito neglegebantur; Stob. ecl. I 24 p. 510 (Anaximander dixit) *ἀνωτάτω μὲν πάντων τὸν ἥλιον τετάχθαι, μετ' αὐτὸν δὲ τὴν σελήνην· ὑπὸ δὲ αὐτοὺς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων καὶ τοὺς πλανήτας.*[1]) p. 518 *Παρμενίδης πρῶτον μὲν τάττει τὸν ἑῷον, τὸν αὐτὸν δὲ νομιζόμενον ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἕσπερον, ἐν τῷ αἰθέρι· μεθ' ὃν τὸν ἥλιον, ὑφ' ᾧ τοὺς ἐν τῷ πυρώδει ἀστέρας, ὅπερ οὐρανὸν καλεῖ.*[2]) Laert. Diog. IX 33 (de Leucippi doctrina) *εἶναι δὲ τὸν ἡλίου κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ τῆς σελήνης προσγειότατον, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων.* De Democrito Pseudo-Plut. p. 889 B *Δημόκριτος τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς ἥλιον, φωσφόρον, σελήνην.*[3]) Adulta iam astronomiae scientia longe plurimi Chaldaeorum opinionem amplectebantur, qui post lunam altitudinem secundam a terra Mercurio dederant, tertiam Veneri, quartam soli.[4]) Id pro vero habebant Archimedes[5]), Ptolemaeus[6]) aliique permulti[7]), posteriorumque temporum Pythagorei medium inter astra errantia locum tenere contendebant circulum solis *ὡς ἡγεμονικωτάτου καὶ οἷον καρδίας τοῦ παντός.*[8]) Atque iis qui solem medium esse existimabant de Mercurii Venerisque ordine dubitatio non erat; nam quod Nicomachus eum invertit (Harm. p. 7), mera neglegentia ortum esse videtur: cf. epit. Nicom. p. 33 Meib. *τὴν δὲ παρανήτην οὐ κατὰ τὸν Ἑρμῆν* (Nicomachus ponit), *ἀλλὰ κατὰ τὴν Ἀφροδίτην ἀτάκτως, εἰ*

---

1) [Plut.] de plac philos. p. 889. Cf. Ach. p. 135 E *εἰσὶ δὲ οἱ πρῶτον τὸν ἥλιον λέγοντες, δευτέραν δὲ τὴν σελήνην, τρίτον δὲ τὸν Κρόνον.* 2) Cf. tamen Zeller die Philos. der Gr. I p. 484. 3) Ach. l. c. *ἄλλοι δὲ (λέγουσι) τέταρτον τὸν Ἑρμῆν, ἕκτην δὲ τὴν Ἀφροδίτην.* Unam e vulgaribus opinionibus Democrito Pseudo-Galenus adscribit, hist. phil. p. 272. 4) Macr. in Somn. Scip. I 19, 2. Brandis Hermes II p. 261. 5) Macr. l. c. 6) Math. synt. IX 1. Cf. Procl. in Tim. p. 258. 7) Alex. Ephes. apud Theonem de astr. p. 182 sq. (Chalc. 71.) Geminus p. 4. Petosiris et Nechepsos apud Plinium nat. hist. II § 88. Vitr. IX 4, 5. Manil. I 811 sq. Plin. nat. hist. II § 34—41. Cleom. I 3. Hyg. de astr. IV 14. Schol. Arati 455. Ach. p. 135 D (*τινές*). Anatolius in Theol. arithm. p. 56. Arist. Quint. p. 147. Hyg. de lim. const. p. 184 sq. Lachm. Mathematici apud [Plut.] de plac. philos. p. 889 et Stob. ecl. I 24 p. 516. Fav. Eul. p. 411. [Ptol.] Harm. III 16. Iul. Firm. Astr. III. Suidas v. *ἐποχή*. Bryenn. Harm. p. 363. 410. 8) Theo de astr. p. 182 (Chalc. 71).

μὴ γραφικὸν εἴη τὸ πταῖσμα. Antiquiore autem tempore Graeci interque eos, ut tradidit Eudemus[1]), primus Anaxagoras solem statim post lunam collocare solebant, ac nonnulli etiam Archimede posteriores denuo hanc sententiam amplexi sunt[2]): itaque factum est, ut Ptolemaeus (qui ea refutata alteram argumentis comprobare studet) illam quam antiquiorem dico mathematicis posteriorum temporum, alteram *τοῖς παλαιοτέροις* adscriberet. Ex Platonis opinione quam postea adoptavit Chrysippus[3]) Venus tertium, Mercurius quartum obtinet locum.[4]) Ab Eratosthene autem in Mercurio inversum ordinem his stellis tribui vidimus.[5]) Quomodo sectatores eius in comprobanda sua sententia versati sint, cognoscere licet ex Macrobio in Somn. Scip. I 19, 8 sqq. Si vero Macrobius Aegyptiorum hanc existimationem fuisse dicit (I 19, 2. 21, 24 sqq.), non magni id momenti esse videtur: aliter certe Achilles p. 136 C *τέταρτος δὲ ὁ ἥλιος κατ' Αἰγυπτίους, ἕκτος δὲ καθ' Ἕλληνας*[6]) et item Cassius

1) Proclus in Tim. p. 258 C. 2) De Pythagoreis v. Alex. Aphr. in Arist. Metaph. p. 29 Bon. De Eudoxo et Aristotele Proclus in Tim. p. 257 F (qui futiles huius ordinis causas proponit). De Philolao Stob. ecl. I 22 p. 488. Cf. etiam Tim. Locrus qui dicitur p. 96 E. Theo de astr. p. 194 (Chalc. 72) *οἱ μέντοι μαθηματικοὶ τὴν τάξιν τῶν πλανωμένων οὔτε ταύτην οὔτε τὴν αὐτὴν πάντες τιθέασιν, ἀλλὰ μετὰ τὴν σελήνην τάττουσι τὸν ἥλιον, ὑπὲρ δὲ τοῦτον ἔνιοι μὲν τὸν στίλβοντα, εἶτα τὸν φωσφόρον, ἄλλοι δὲ τὸν φωσφόρον, ἔπειτα τὸν στίλβοντα, τοὺς δὲ ἄλλους ὡς εἴρηται.* 3) Stob. ecl. I 21 p. 448. 4) Martin Études sur le Timée de Platon II p. 64 sqq. Cf. Ach. p. 135 D *οἱ περὶ τὰ μετέωρα δεινοί* *φασι ζώνας εἶναι ἑπτὰ κτλ. ἐν τῇ τετάρτῃ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ (ἀστέρα), ἐν τῇ πέμπτῃ τὸν τῆς Ἀφροδίτης, ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ τὸν τοῦ ἡλίου.* Platonem sequuntur praeterea [Aristoteles] de mundo 2 (Apul. de mundo 2) et Alexander apud Simpl. in Arist. libros de caelo p. 213 Karst. (ubi Simplicius *γραφικὸν πταῖσμα* statuendum suspicatur contrariamque de Mercurio et Venere sententiam firmare studet). Cicero ubi Balbum Stoicum disputantem fingit eundem planetarum ordinem enarrat quem Plato, de nat. deorum II § 53: alibi facit cum Chaldaeis, de div. II § 91. de rep. VI 17. — Falso Platoni sententia Eratosthenica tribuitur a Macr. I 19, 2. 21, 27. [Plut.] de plac. philos. p. 889 B (Stob. ecl. I 24 p. 512). 5) Ach. l. c. *τινὲς δὲ ἐν τῇ τετάρτῃ (ζώνῃ) τὴν Ἀφροδίτην λέγουσιν, ἐν τῇ πέμπτῃ δὲ τὸν Ἑρμῆν, ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ τὸν ἥλιον.* Cf. ib. p. 136 C. Theo de astr. p. 296. [Plut.] de plac. phil. p. 889 (*τῶν μαθηματικῶν τινες*). Eundem ordinem Pythagoras statuisse perhibetur in vita Pyth. apud Phot. Bibl. p. 439 b: sed Plinius (II § 84), Censorinus (13), Sidonius Apollinaris (carm. 15, 61 sqq.) Chaldaeorum sententiam ei tribuunt. Utra opinio significetur in [Erat.] Catast. 43 et ab Hyg. de astr. II 42, non liquet. 6) „Graecis" hoc loco Platonis, non Eratosthenis opinio adscribitur.

Dio XXXVII 19 de vulgari sententia *κατὰ τὴν τάξιν τῶν κύκλων καθ' ἣν οἱ Αἰγύπτιοι αὐτὴν νομίζουσι.* Restat ut commemorem hypothesim illam maxime memorabilem, fortasse ad Heraclidem Ponticum auctorem referendam, qua motus Mercurii et Veneris ratione a ceteris longe diversa repraesentatur: unam esse cavam sphaeram soli, Mercurio, Veneri communem, atque in ea esse solidas horum astrorum sphaeras commune centrum habentes, quarum minima sit sphaera solis, circum hanc sphaera Mercurii, tum utramque complectens et omnem cavae sphaerae altitudinem obtinens Veneris sphaera.[1])

XVI

Philo de prov. (ex versione Armenia in linguam Lat. transl. ab Auchero) p. 101. *Circulus tamen lacteus ad quid est? Etenim qui de meteoris agunt, ita inter se dimicant, ut dissimilia de illo sentiant.*[2]) *Siquidem nonnulli arbitrantur luminis esse revibrationem ex stellis refulgentibus; quidam vero commissuram totius caeli, ubi coaptantur hemisphaeria; aliqui antiquam ab initio viam solis; alii Geryonis pecudum viam, per quam eas duxit; alii vero ex γαλακτικοῖς sc. lacte plenis Iunonis uberibus; quod etiam Heratosthenes sensit: quare dicit: Miror, si aggrediar Iovis sacra vestigia pedis, quod cornu appellat hucusque et circulum festinantis velocisque suffurantis paleas. Praetermissis itaque istorum adinventionibus minus probandis, quae ardore dimicandi sunt prolatae, convenit dicere, quod ignis est ista glomeratio ab aethere causata naturali necessitate, non providentia.*

Ea versionis Armeniae verba quae ad Eratosthenem spectant respondere hisce Germanicis Graecisque vocabulis benevola liberalitate mihi perscripsit Ioannes Gildemeister:

---

1) Huius sententiae demonstrationem, quae sane ad astronomiae scientiam non pertinet, v. apud Theonem p. 296 sq. Cf. Chalc. 109.

2) „Vel ad verbum: *num ideo ut apud sublimia lustrantes invidia moveatur et contradictiones occurrant? ne haec de illis putent.*" Auch.

„welches auch Eratosthenes geglaubt hat, weshalb er sagt: ich wundere mich wenn ich mich mache an[1]) *Διὸς τὰ κυριακὰ τὰ ἱερὰ τὰ ἐμποδών*[2]), welches er Horn nennt[3]) bis jetzt (bis heute) und Kreis[4]) des davonstürmenden, eilenden Spreudiebes.

Das Folgende dem Sinn nach wohl richtig, aber im Armen. nicht zu construiren und fehlerhaft:

Aber ihre unglaublichen Erfindungen[5]), welche sie mittelst des Kampfes der Disputation vorbringend gesagt haben[6]), — ist angemessen zu sagen, *ὅτι πυρὸς τοῦτο τὸ σύστρεμμα*[7]) *ἐκ τοῦ αἰθέρος συνισταμένου*[8]), *ἀναγκαῖαι φύσεις, καὶ οὐ προνοίᾳ.*“[9])

Magni momenti esset hic locus, ut iure Bergkius monuit (Jahrb. f. Philol. 1860 p. 412), nisi tanta obscuritate laboraret. Ut a certis incipiam, primum mihi haec Aucheri verba sunt adferenda: „Via lactea Latinis dicta Graeco more, Armeniis est Hartacol vel Hartcogh, paleae fur, qui nempe in fuga sua paleam portandam vel invitus sparserit huc illuc. Nescimus, an sensum solum expresserit hac voce interpres Armenius an legerit in Gr. aliquid simile, ut *ἀχυρόφωρ* vel *ἀχυροκλέπτης* aut *ἀχυρῶν* etc.“ Permiram ac prorsus singularem esse istam fabulam quam ad explicandam viae lacteae originem Armenii narrabant, quivis sponte animadvertet: itaque nulla ratione statuere licet, alius gentis scriptorem eadem imagine esse usum. Consectarium est, verba illa *circulum festinantis velocisque suffu-*

---

1) „*ἐπιχειρέω*, davon ist das Arm. die genaue Uebersetzung u. auch in der Bedeutung argumentiren.“ 2) „ein sonst nicht vorkommendes Substantiv, genau gebildet aus *πρὸς ποσί* oder *ἐμποδών*: dieselbe Zusammensetzung kommt aber mit Verbalendung im Sinn mit Füssen treten, unter die Füsse werfen vor.“ 3) „So steht da und Emendation ohne Gewaltsamkeit nicht thunlich (im Arm. wird die Milchstrasse nicht etwa Horn genannt).“ 4) „*κύκλος*, allenfalls auch *ζώνη* oder *ζωστήρ*.“ 5) „Accus.“ 6) „Es fehlt ein Wort, von dem der Accus. abhinge, im Sinn von praetermissis.“ 7) „*σύστασις* wäre zu setzen, wenn nicht das Verbum für das Folgende das näherliegende wäre.“ 8) „oder *συνεστῶτος* (auf *πυρὸς* zu beziehen).“ 9) „*ἀναγκαίᾳ φύσει* liegt allerdings nahe.“

rantis paleas non cum Bergkio Eratostheni sed Armenio Philonis interpreti esse adsignanda, quem saepe explicationis causa synonyma repetiisse testatur Aucherus (p. II).

Quod autem ad ipsius Eratosthenis locum attinet, propter speciem eius recte censuit Bergkius, ex Mercurio, non ex libro prosa oratione scripto eum petitum esse. De sententia horum verborum ex iis quae Gildemeister mecum communicavit nunc certius quam antea iudicari potest. Quis ille est qui miratur adgrediens viam lacteam ante pedes positam? Nemo alius profecto nisi Mercurius, quem caelestes regiones peragrantem Eratosthenes repraesentavit. Ego saltem non intellego, quo sensu verba illa Eratosthenes de se ipso eloqui potuerit. Qua autem appellatione Mercurius orbem lacteum significet, non apparet. Ex iis quae praecedunt efficitur, mythum de lacte ex Iunonis uberibus effuso ab eo commemorari. Talis vero sententia inesse non potest in iis verbis quae Gildemeister Graecis *Διὸς τὰ κυριακὰ τὰ ἱερά* respondere dicit. Iovis uxorem, non Iovem commemorari necessarium est. Itaque haec verba sive Philonis sive interpretis sive librariorum errore vel neglegentia mutilata esse puto. Excidit ni fallor uxoris vocabulum, praeterea substantivum aliquod, quo adiectiva *θεῖος* et *ἱερός* vel similia pertinuerunt, fortasse alia nonnulla quibus fabula clarius significata fuit.

Prorsus diversam huius loci explicationem ex Aucheri versione Bergkius hausit. Vocabulum enim quod *τὰ πρὸς ποσίν* significat, ab Auchero non satis accurate verbis *vestigia pedis* redditum, non ad loquentem (qui admiratione se captum esse fatetur), sed ad Iovem refert atque inde statuit, viam lacteam ab Eratosthene viam Iovis fuisse nominatam: quae autem de fabulosa eius origine a Philone Eratosthene auctore postmodo prolata essent, ea interpretem quippe qui verba Philonis non intellegeret omisisse. Huic sententiae adsentiri non possum, quia poeta bono iudicio praeditus ne in fabulis quidem contraria ineleganter commiscuisse putandus est. Itaque eum qui galaxiam lac Iunonis esse narravit

eandem rem eodem loco simul iter Iovis dixisse nunquam mihi persuadebo. Accedit aliud. Narraverat Eratosthenes in eo carmine de quo agimus, Mercurio Iunonem dedisse lac (fr. II), simulque finxerat, Mercurium ἔτι νέον caelum conscendisse (fr. XV). Quomodo igitur vel in poetica narratione cogitari potuit, brevi tempore ex lacte Iunonis iter immortalium ad Oceani fontes[1]) factum esse?

De altera denique galaxiae appellatione (*quod cornu appellat hucusque*) Bergkius haec profert: „ein zweiter mir unbekannter Name war κέρας (die nähere Bestimmung, die man vermisst, ist in dem sinnlosen *hucusque* enthalten), was anzudeuten scheint, dass man die Milchstrasse sich als eine Lichtquelle dachte, aus der ein reicher, breiter Strom sich ergiesst.“ Non contradicerem, nisi multo simplicior via solvendae huius quaestionis praesto esset. Suspicor enim, aut in eo Philonis exemplari quo interpres Armenius uteretur librarii errore κέρας pro τέρας scriptum fuisse, aut interpretem oculis deceptum falso ita legisse. τέρας autem lucidus galaxiae circulus a Mercurio apte dici potuit.[2]) — Errore etiam *hucusque* illud ortum esse apparet: Eratosthenica fortasse fuere τέρας ἐς τόδε (pendentia a verbo eundi aut videndi), „in hanc mirabilem speciem.“

Quae si recte disputavimus, in Eratosthenis poemate Mercurius dum caelestes regiones visit miratur lucidam speciem quam ipse non multo antea Iunonis mammis appositus effecerat.

XVII

Theo Sm. p. 165 Bull. (cf. fragm. XV) *Τιμόθεός φησι καὶ παροιμίαν εἶναι τὴν „πάντα ὀκτώ“ διὰ τὸ τοῦ κόσμου τὰς πάσας ὀκτὼ σφαίρας περὶ γῆν κυκλεῖσθαι· καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης*

1) V. Bergk l. c. p. 411. 2) Aratus galaxiam descripturus (Phaen. 473) εἴ ποτέ τοι τῆμόσδε περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα σκεψαμένῳ πάντῃ κεκεασμένον εὐρέι κύκλῳ οὐρανόν κτλ.

ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει,
ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδετο κύκλῳ[1]) *ἰόντα*
ἐνάτην περὶ γαῖαν.

Extrema monstruose corrupta leguntur apud Anatolium in Theol. arithm. p. 56 *ἡ περιέχουσα τὰ πάντα σφαῖρα ὀγδόη, ὅθεν ἡ παροιμία „πάντα ὀκτώ" φησι. σὺν ὀκτὼ δὴ σφαίρῃσι κυλίνδεται ὁ κυκλώων ἐνάτην περιγαίην Ἐρατοσθένης φησίν.*

Vs. 1. *συναρμονίῃσιν* codex Venetus 307 a me collatus.

2. *σφαίρῃσι* codd. Laurentiani 59, 1 et 85, 9.[2]) *σφαίραισι* corr. m. alt. ex *σφαίρεσι* Ven. *σφαίρεσι* Parisinus 2450 (ab J. Guttentagio in usum meum collatus) et Laurentianus 28, 12.

3. *ἐνάτην περιγαίην* praebent Theol. *ἐννέα τῶν περὶ γαῖαν* Venetus, quae verba postmodo deleta sunt m. alt. ut videtur. Deesse videntur in ceteris Theonis codicibus. *ταῦτ' ἐνάτην περὶ γαῖαν* Bergkius Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 177. Possunt etiam plura omissa esse. Cf. Theol. ar. p. 58 *αἱ σφαῖραι περὶ ἐννάτην γῆν στρέφονται.* Plut. de an. procr. p. 1029 D *οἱ δὲ πρεσβύτεροι Μούσας παρέδωκαν καὶ ἡμῖν ἐννέα· τὰς μὲν ὀκτώ, καθάπερ ὁ Πλάτων, περὶ τὰ οὐράνια· τὴν δὲ ἐννάτην τὰ περίγεια κηλεῖν ἀνακαλουμένην καὶ καθιστᾶσαν ἐκ πλάνης καὶ διαφορᾶς ἀνωμαλίαν καὶ ταραχὴν ἐχούσης.*

Prius *ὀκτὼ* cum *ἁρμονίῃσιν* construendum esse non satis considerate Bernhardyus adnotat (p. 165). Efficiuntur enim ex veterum imaginatione motu caelestium corporum octo voces, non octo harmoniae: id quod accuratius exponere lectoribus harum rerum peritis non necessarium est. Cf. Plato Civ. X p. 617 B *ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν*

1) Non reperitur correptio litterae *ω* in hoc versus loco apud Callimachum: idem valet (quod ex parte casui tribuendum) de fr. XVIII 2 (*κέντρον*). XIX 12 (*ἄλλαι*). 14 (*ἄμφω, καί*). Contra respondent normae Callimacheae IV 2 (*κικλήσκεται*). VIII (*διαφύεται*). XXII 1 (*οἱ*). V. Schneider ad Callim. h. 2, 110. 2) De Theonis et Achillis codicibus Laurentianis quod ad lectionem versuum Eratosthenicorum attinet certiorem me fecit Ludovicus de Sybel amicus carissimus.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] δὴ [illegible] Nam [illegible] ex astronomia [illegible] artificiosis [illegible] explanare studebant, impr[illegible] [illegible] 17. 18) καὶ μὴν καὶ Στησίχορος [illegible] ἀριθμός, ὃς ἐδήλου τὰ [illegible] τοῦ ποιητοῦ τάφον ἐξ ὀκτὼ πάν[illegible] „πάντ' ὀκτὼ“ φασι παρ[illegible] [illegible]: οἱ μὲν Στησίχορόν φασιν [illegible] πρὸς ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στησι[illegible], καὶ τοῦ μνημείου ἔχοντος ὀκτὼ [illegible] καὶ ὀκτὼ γωνίας. οἱ δὲ ὅτι Ἀλή[illegible] Κορινθίους συνοικίζων ὀκτὼ φυλὰς [illegible] τὴν πόλιν. Zenob. V 78 [illegible] ὀκτὼ τοὺς πάντων εἶναι κρα[illegible], γῆν, οὐρανόν, σελήνην, ἥλιον, [illegible] [2], [illegible] δὲ φασιν ἐν Ὀλυμπίᾳ τὰ πάντα [illegible], δόλιχον, δίαυλον, ὁπλίτην,

1) [illegible] 2) [illegible] nugae fusius expositae sunt [illegible]

πυγμήν, παγκράτιον καὶ τὰ λοιπά· ἀφ' ὧν εἰρῆσθαι πάντα ὀκτώ. Habes igitur quinque explicationes: quarum sola ea quae ad certaminum Olympiacorum genera pertinet, si non vera, saltem non inepta est.

In exponenda mira illa doctrina de caelestium sphaerarum concentu Eratosthenes Platonem in eo secutus est, quod sicut ille non solum planetis sed etiam stellarum inerrantium sphaerae sonum tribuit. Ita enim Plato Civ. X p. 617 B: *ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν ἀνὰ τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν.*[1]) Alii — atque ea vetustior fuit opinio[2]) — solis planetis consonantiam mundi effici putaverunt.[3]) Alii vero in tractanda perversa hac scientia rationis tantopere expertes se praestiterunt, ut adnumerata etiam terra sphaeris sonantibus novem voces edi perhiberent[4]); cui sententiae Theo luculentum ex veterum scientia opponit argumentum: *ἡ ἐπὶ τοῦ μέσου ἐστὶν ἀκίνητος, οὐδ' ὅλως ποιεῖ φθόγγον* (p. 190 Mart.).

XVIII

Ach. Tat. p. 152 A *μέμνηται δὲ αὐτοῦ* (axis mundani) *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων*

αὐτὴν μέν μιν ἔτετμε μεσήρεα παντὸς Ὀλύμπου,
κέντρον ἀπὸ σφαίρας· διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο.

Vs. 1. *αὐτὴν* cum Bergkio (Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 177) ad terram, non ut Bernhardyus (p. 144) censet ad mediam terrae zonam referendum est: neque enim haec in sphaerae caelestis centro sita esse apte diceretur (v. ad vs. sq.). — Verbi *ἔτετμε* subiectum Bernhardyus Mercu-

1) Cf. Cic. de rep. VI 18. Macr. in Somn. Scip. II 4. 2) Zeller die Philos. der Gr. I p. 373. 3) Cf. p. 41 adn. 2. Varro Atac. apud Mar. Vict. p. 60 Keil. Nicom. Harm. p. 33. Cassius Dio XXXVII 18. [Ptol.] Harm. III 16. Censor. 13, 5. 4) Pythagorae hanc opinionem adscribunt Plin. nat. hist. II § 84 et Cens. 13. Cf. p. 41 adn. 2. Plut. de an. procr. p. 1028 F. Ach. Tat. p. 136 D. Arist. Quint. I p. 21.

ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν. Alex. Eph. apud Theonem de astr. p. 184

πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν
ἁρμονίην προχέουσι διαστάσει ἄλλος ἐπ' ἄλλῃ.

Recte constructionem a Timotheo intellectam esse inde perspicuum, quod versus propter proverbium *πάντα ὀκτώ* citavit. Atque ita locum Eratosthenicum, id quod apte monet Bernhardyus, etiam poeta versuum illorum concepisse videtur qui adferuntur a Clemente Strom. V 107

ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.

Eratosthenes cum dicit *ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα* proverbio *πάντα ὀκτώ* sine dubio alludit. Num autem derivationem proverbii a sphaerarum numero petendam existimaverit (quam sententiam a Timotheo et Anatolio proferri videmus), in incerto relinquendum. Falsam esse hanc opinionem vix est quod moneam: neque enim ex astronomia proverbia existere solent. Aliis quoque, qui obscuram dictionem artificiosis doctisque interpretationibus explanare studebant, improspere res successit. Pollux IX 100 *καὶ μὴν καὶ Στησίχορος ἐκαλεῖτό τις παρὰ τοῖς ἀστραγαλίζουσιν ἀριθμός, ὃς ἐδήλου τὰ ὀκτώ· τὸν γὰρ ἐν Ἱμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον ἐξ ὀκτὼ πάντων συντεθέντα πεποιηκέναι τὴν „πάντ' ὀκτὼ" φασι παροιμίαν.* Photius v. *πάντα ὀκτώ*[1]): *οἱ μὲν Στησίχορόν φασιν ἐν Κατάνῃ ταφῆναι πολυτελῶς πρὸς ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στησιχορείοις πύλαις λεγομέναις, καὶ τοῦ μνημείου ἔχοντος ὀκτὼ κίονας καὶ ὀκτὼ βαθμοὺς καὶ ὀκτὼ γωνίας. οἱ δὲ ὅτι Ἀλήτης κατὰ χρησμὸν τοὺς Κορινθίους συνοικίζων ὀκτὼ φυλὰς ἐποίησε πολίτας καὶ ὀκταμερῆ τὴν πόλιν.* Zenob. V 78 *πάντα ὀκτώ. Εὔανδρος ἔφη ὀκτὼ τοὺς πάντων εἶναι κρατοῦντας θεούς, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, οὐρανόν, σελήνην, ἥλιον, Μίθραν, νύκτα.*[2]) *ἄλλοι δέ φασιν ἐν Ὀλυμπίᾳ τὰ πάντα εἶναι ἀγωνίσματα ὀκτώ, στάδιον, δόλιχον, δίαυλον, ὁπλίτην,*

1) Suidas v. *πάντα ὀκτώ.* 2) Euandri nugae fusius expositae sunt a Theone Sm. p. 164 sq. Bull.

πυγμήν, παγκράτιον καὶ τὰ λοιπά· ἀφ' ὧν εἰρῆσθαι πάντα ὀκτώ. Habes igitur quinque explicationes: quarum sola ea quae ad certaminum Olympiacorum genera pertinet, si non vera, saltem non inepta est.

In exponenda mira illa doctrina de caelestium sphaerarum concentu Eratosthenes Platonem in eo secutus est, quod sicut ille non solum planetis sed etiam stellarum inerrantium sphaerae sonum tribuit. Ita enim Plato Civ. X p. 617 B: *ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν ἀνὰ τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν.*[1] Alii — atque ea vetustior fuit opinio[2] — solis planetis consonantiam mundi effici putaverunt.[3] Alii vero in tractanda perversa hac scientia rationis tantopere expertes se praestiterunt, ut adnumerata etiam terra sphaeris sonantibus novem voces edi perhiberent[4]; cui sententiae Theo luculentum ex veterum scientia opponit argumentum: *ἡ ἐπὶ τοῦ μέσου ἐστὶν ἀκίνητος, οὐδ' ὅλως ποιεῖ φθόγγον* (p. 190 Mart.).

XVIII

Ach. Tat. p. 152 A *μέμνηται δὲ αὐτοῦ* (axis mundani) *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων*

αὐτήν μέν μιν ἔτετμε μεσήρεα παντὸς Ὀλύμπου,
κέντρον ἀπὸ σφαίρας· διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο.

Vs. 1. *αὐτὴν* cum Bergkio (Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 177) ad terram, non ut Bernhardyus (p. 144) censet ad mediam terrae zonam referendum est: neque enim haec in sphaerae caelestis centro sita esse apte diceretur (v. ad vs. sq.). — Verbi *ἔτετμε* subiectum Bernhardyus Mercu-

1) Cf. Cic. de rep. VI 18. Macr. in Somn. Scip. II 4. 2) Zeller die Philos. der Gr. I p. 373. 3) Cf. p. 41 adn. 2. Varro Atac. apud Mar. Vict. p. 60 Keil. Nicom. Harm. p. 33. Cassius Dio XXXVII 18. [Ptol.] Harm. III 16. Censor. 13, 5. 4) Pythagorae hanc opinionem adscribunt Plin. nat. hist. II § 84 et Cens. 13. Cf. p. 41 adn. 2. Plut. de an. procr. p. 1028 F. Ach. Tat. p. 136 D. Arist. Quint. I p. 21.

rium esse putat. Quod iudicium si amplecteremur, statuendum nobis esset, Mercurium Eratosthenicum aliunde in terram pervenisse eamque in sphaerae centro positam intellexisse. Sed vidimus, deum e terra in caelum, non ex caelo in terram esse profectum: praeterea mihi quidem subabsurdum esse videtur, Mercurium cum in terram adveniat situm eius mundanum cognoscere. At idem de quavis alia persona valet, quam pro verbi ἔτετμε vulgari significatione usurpati subiecto acceperis. Quare mihi ἔτετμε ad axem spectare videtur. Semper tenendum est, Eratosthenem non Arati instar mundi institutionem describere, sed exponere quid Mercurius viderit. Itaque si ponamus, Mercurium oculis permetiri axis longitudinem; non video cur post hanc fere sententiam „axis ab uno caeli polo ad alterum per terram porrectus erat" non ita pergi potuerit: „ad terram ipsam pervenit in medio" etc. Atque certe, cum Achilles duos versus propter axis commemorationem excitet, exspectamus plura ad axem pertinere quam postrema διὰ δ' ἄξονος ἠρήρειστο. Audacter sane ἔτετμε sensu translato de axe poeta Alexandrinus usurpavit; διήκειν de tota axis longitudine dictum apud posteriores scriptores usitatissimum est: cf. Ach. p. 151 D. 152 A. interpr. Ar. p. 261 E Pet. schol. Ar. 22 etc. — Petavius cum versum Eratosthenicum ita vertit „ipsam quidem secuit mediam prorsus Olympi", ἔτετμε aliter interpretatus est, sed haud dubie erravit. Censuit quidem Grashofius aoristum ἔτετμον secandi significationem posse habere (Ztschr. f. d. AW. 1837 p. 575): at unus locus qui est in Argon. Orph. v. 366 (ubi ἐτέτμετο δ' ἄσπετος ἅλμη traditum est), cum de verbo satis frequenter adhibito agatur, nimis infirmum documentum esse mihi videtur. Cf. Lobeck ad Buttmanni gramm. II p. 5. Itaque vix dubito quin Ruhnkenius in Argon. loco recte ἐτέμνετο correxerit (ep. crit. II p. 241). Nostro autem loco mutatio ἔτεμνε cur non necessaria mihi videatur, apparet ex iis quae supra posui. — παν̀ (i. e. παντὸς) codex Vaticanus 191, ex quo locos Eratosthenicos promptissima comi-

tate Hugo Hinckius mihi descripsit. *παντὶ*[1]) Laurentianus 28, 44. — De voce *Ὄλυμπος* globum caelestem significante egit Vossius krit. Bl. II p. 205 sqq. Cf. Stob. ecl. I 22, 1 *τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρίνειαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ* (Philolaus), *τὰ δὲ ὑπὸ τὴν τοῦ Ὀλύμπου φοράν, ἐν ᾧ τοὺς πέντε πλανήτας μεθ' ἡλίου καὶ σελήνης τετάχθαι, κόσμον.* Explicantur verba *μεσήρεα παντὸς Ὀλύμπου* additis *κέντρον ἔπι σφαίρης.*

2. *ἀπὸ* in *ἔπι* iure mutavit Brunckius lect. ad anal. p. 111: cf. Meineke anal. Alex. p. 265. *ἄπο* Bernhardyus. Num vero sana ratione dici potest, terram sitam esse in medio loco universi mundi inde a centro sphaerae, i. e. inde a medio loco universi mundi? Loci quos ad tuendam hanc scripturam Bernhardyus adfert nihil comprobant. Nam in Strabonis libro I p. 62 (*ἀπὸ μὲν Μερόης ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ μέχρι Ἀλεξανδρείας εἶναι μυρίους σταδίους*) et l. II p. 68 (*τὸν γὰρ Ταῦρον ἀπ' εὐθείας τῇ ἀπὸ Στηλῶν θαλάττῃ τεταμένον δίχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος*) dudum a Casaubono pro *ἀπὸ* quod ferri nequit *ἐπὶ* correctum est. Quod vero Cleomedem (p. 54 Balf.) eiusdem quam exstitisse putat loquendi consuetudinis testem Bernhardyus adfert (p. 62), errore factum videtur. Ceterum *σφαίρης* reponendum est. — *δια* Vat.

Ex temporibus praeteritis (*ἔτετμε* et *ἠρήρειστο*) hic sicut in fr. XVII et XIX usurpatis apparet, hanc mundi descriptionem habuisse formam narrationis, de qua re supra dictum est (p. 40). Nempe ea omnia videt Mercurius dum caelum perlustrat: cf. fr. XV. Itaque visum ab eo etiam axem finxit Eratosthenes, memor fortasse loci Platonici quo mirabile illud mundi simulacrum instituitur: Civ. X p. 616 B *ἀφικνεῖσθαι τεταρταίους ὅθεν καθορᾶν ἄνωθεν διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθὺ οἷον κίονα, μάλιστα τῇ ἴριδι προσφερῆ, λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον κτλ.*

1) Id a Victorio receptum est, unde Bernhardyus *πάντῃ* legendum esse existimavit.

ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης ἄτρακτον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς περιφοράς· οὗ τὴν μὲν ἠλακάτην τε καὶ τὸ ἄγκιστρον εἶναι ἐξ ἀδάμαντος κτλ. Haec enim de axe intellegebant. Theo de astr. p. 194 *περὶ τῆς τῶν οὐρανίων διακοσμήσεως λέγων* (Plato) *ἄξονα μέν τινα διὰ τὸν πόλον διήκοντα οἷον κίονα κτλ.* Proclus in Tim. p. 284 E *ἕνα μὲν γὰρ αὐτὸν ἐποίησεν* (Plato) *ἄξονα τὴν ἀρχὴν ἐν Πολιτείᾳ τὸν ἄτρακτον.* Photius v. *τεταμένον φῶς εὐθὺ οἷον κίονα*[1]): *τὸ οὐράνιον λέγει· τὸ γὰρ συνέχον τὴν περιφορὰν τὸ ὑπόζωμα τοῦ κόσμου· κατ' ἄκρα δὲ αὖ διήκων ἐπινοεῖται ὁ ἄξων· εὐθὺ δὲ ἀντὶ τοῦ ὀρθόν· τινὲς τὸν ἄξονα τοῦ κόσμου· οἱ δὲ κύλινδρόν τινα πυρὸς αἰθερίου περὶ τὸν ἄξονα ὄντα.*[2]) Ad poeticum illud inventum, quasi axis solidus sit, spectat etiam Achilles p. 151 E: *τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ οὐκ ἐδίδαξεν ἡμᾶς Ἄρατος, ἀλλ' ὡς ἐν ποιήσει μυθικώτερον ὥσπερ ὀβελίσκον αὐτὸν εἶπεν.*[3])

XIX

Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο,
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή·
ἡ μὲν ἔην μεσάτη, ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ
τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεί ῥά ἑ μαῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν·
αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπτηυῖαι,
αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι·
οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
κεῖται ἀνάπεσχε· περίψυκτος δὲ τέτυκται.
ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι·

---

1) Suidas v. *τεταμένον κτλ.* 2) Lumine illo galaxiam significari Boeckhii est sententia, kl. Schr. III p. 268. 303 sqq. Fateor virum summum non prorsus mihi persuasisse. 3) Cf. Boeckh p. 310.

δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισι
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
ἄμφω ἐύκρητοί τε καὶ ὄμπνιον αὐδήσκουσαι
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος· ἐν δέ μιν
ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσι. [1])

Ach. Tat. p. 153 C (p. 99 ed. Vict.) *μέμνηται δὲ τῶν ζωνῶν τούτων καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων πέντε δὲ κτλ. ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης.*

Cf. p. 153 A *περὶ δὲ τῶν ζωνῶν Ἄρατος ἐν τοῖς Φαινομένοις οὐκ ἐμνήσθη· ἄλλοι δέ, ὧν καὶ Ἐρατοσθένης, ἐμνημόνευσαν.* p. 157 C *πρῶτος δὲ Παρμενίδης περὶ τῶν ζωνῶν ἐκίνησε λόγον. περὶ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν πολλὴ διαφωνία τοῖς μετ' αὐτὸν γέγονεν. οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς εἶπον, ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες· οἱ δὲ πέντε παρέλαβον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ ἄλλοι πολλοί, οἷς καὶ ἡμεῖς κατηκολουθήσαμεν. περὶ δὲ οἰκήσεων πάλιν καὶ τῶν ἐνοικούντων καὶ ὀνομάτων γέγονε πολλὴ ταραχή, καὶ περὶ ἀντιχθόνων καὶ ἀντιπόδων.*

Heracl. All. Hom. 50 (schol. B Il. Σ 468) *ὁ γοῦν Ἐρατοσθένης καὶ σφοδρότερον ἐν τῷ Ἑρμῇ ταῦτα* (de zonis sermo est) *διηκρίβωσεν εἰπὼν πέντε δὲ κτλ.* (usque ad verba *αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι* vs. 8).

Verg. Georg. I 233 sqq.

quinque tenent caelum zonae quarum una corusco
semper sole rubens et torrida semper ab igni,
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur
caeruleae, glacie concretae atque imbribus atris;
has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae divom, et via secta per ambas,
oblicus qua se signorum verteret ordo.

Probus ad h. l. *hanc tamen universam descriptionem certum est Vergilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est*

1) Ex Achillis codice Vaticano hoc fragmentum adhibito Heraclito edidit Vrsinus, Virg. coll. script. Gr. illustr. p. 114 ed. Valck.

hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur: cuius disputationis tale principium est: πέντε δέ οἱ κτλ. (vs. 1 et 2), *et cetera ex ipso libro requirenda.* [1])

De duorum Achillis codicum lectionibus, Vaticani 191 et Laurentiani 28, 44, Hinckii et Sybelii humanitate certiorem me factum esse iam dixi. In margine Laurentiani (ad v. 3 sqq.) haec adnotata sunt: *ὅτι τινὰ παρελείφθη ὡς ἀδιάγνωστα καὶ ἐσφαλλμένα· διωρθώθη δέ τινα παρ' ἐμοῦ ὡς οἷόν τε ἦν ὥστε σῶσαι τὴν ἔννοιαν.* Hinc magna difficultas nascitur, quia compluribus locis nescimus, utrum melior Laurentiani lectio archetypo an ingenio eius qui Laurentianum exaravit tribuenda sit. Laurentianum ex ipso Vaticano fluxisse non arbitror: certe quae praeter Achillem utroque libro continentur prorsus diversa sunt. [2]) Decernet hanc quaestionem is qui lectiones maiorum operis Achillei partium inter se contulerit.

Vs. 1. *δέ οἱ* Her. Pr. *δὲ αἱ* Ach. De terra poetam loqui apertum est. — *περιειλάδες* Laur. *περι'ᾳλάᾳ* Vat. *περιηγέες* Her. *περιαρέες* (ortum ni fallor ex *περιαγέες*) Pr. Praetuli *περιειλάδες*, quia haudquam credibile est *περιηγέες* vocabulum usitatissimum [3]) in *περιειλάδες* correctum esse: contrarium facile fieri potuit. — *ἐσπείρηντο* B. *πείρηνθο* Pr. Cf. p. 40. *ἐσπείρηνται* Heracliti editio Aldina et Matranga an. Gr. p. 341 qui Heracliti codicem 'A expressit: ita etiam Laur. *σπείρηνται* Vat.

2. *κελαινότεραι κυάνοιο* Ach. Ald. Matr. *κελαινοτέρου κυάνοιο* B. (Bernhardyus p. 145 *κελαινοτέρου* propter *γλαυκοῖο κυάνοιο* recipiendum esse dicit, argumentatione mihi quidem obscura: comparativus, si *κελαινοτέρου* scriberemus, nullo modo intellegi posset, neque Eratosthenes de zonarum materie tali modo loqui potuit.) *κυανότεραι* Pr.

1) Graeca verba in sola editione Egnatii, quae e codice Bobiensi manavit, exstant: in duobus iis quos habemus codicibus lacuna est.
2) Bandini catal. cod. Gr. bibl. Laur. II p. 66 sq. Parthey Monatsber. der Preuss. Akad. 1863 p. 375 sqq. 3) V. Naeke opusc. philol. II p. 106.

3. *ψαφαρά* B. Cf. Meineke de Euph. vita et scr. p. 71. — *ἐκ πυρὸς* Ach. et Heracliti codd. AD. *ἔκπυρος* B. cf. Verg. *corusco semper sole rubens.* Quae Eratosthenes hic et vs. 2 de coloribus profert, recte intellegemus si reputaverimus secundum poetae fictionem Mercurium ex immensa longinquitate terram conspicere. Cf. Claud. de raptu Pros. I 259.

4 sqq. ita exhibentur in Achillis codice Laurentiano: *ἡ μὲν, ἔην μεσάτη περιτυπτομένη φλογμοῖσιν· ἀκτῖνες γὰρ πᾶσαν ἀειθερέες πυρόωσιν. αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπτηυῖαι· αἱ δὲ φρικαλέαι· οὐ μὴν ὕδωρ· ἀλλ' αὐτὸς: οὐρανόθενγε περίψυκτος κεῖται κρύσταλλος· ἀλλὰ τὰ μὲν κτλ.*

4 deest apud Her. — *ἐην* Vat. — *μεσάτη* Laur. *μέσην* Vat.[1]) — *περι* (cum *τυπτομένη* coniunctum) Achillis codd. *πυρὶ* Victorius.[2]) *περὶ πρὸ* emendavit Scaliger ad Manil. p. 354.

5. *τυφομένη* Emperius opusc. p. 306. Id fortasse verum, neque tamen necessarium: nam *τύπτειν* ut de odore et de lumine, ita haud minore iure etiam de ardore dici potest. Cf. Emped. apud Plut. de facie in orbe lunae p. 929 E *ὡς αὐγὴ τύψασα σεληναίης κύκλον εὐρύν.* Eryc. in anth. Pal. IX 558, 3 *ὀδμὰ γάρ μιν ἔτυψε λύκου χιμαροσφακτῆρος.* — *ἐπεὶ ῥὰ ἑ μαίραν* Matr. *ἐπεὶ ῥά ἑ μαῦραν* B. *ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν* Ald. *ἐπεὶ ῥὰ μοῖραν* D. *ἐπιρασμοῖραν* Vat.[3]) Scriptura quam Matranga praebet quin genuina sit plane non dubito, modo corrigas accentus.[4]) *μαῖρα* est canicula: cf. Crinag. in anth. Pal. IX 555, 5. Atque hanc vocem etiam ad generalem sensum fuisse translatam testis est Hesychius: *μαῖρα· κύων τὸ ἄστρον, ἢ ἀκμαιότατον καῦμα, κτλ.* Eratosthenes igitur quaesita quadam audacia utitur ea ad solis ardorem significandum: hoc vero ut faceret, eo facilius adduci poterat, quia ipsa voce *σείριος* non solum caniculam verum

---

1) *μέσση* Vrsinus. 2) *πυρὶ πρὸ* cj. Petavius. 3) *ἐπεί ῥα ἄναυροι ἐπ' αὐτὴν κεκλιμέναι* cj. Bernhardyus, molesto hiatu et caesura intolerabili: cf. Naeke p. 31 sqq. *ἐπεί ῥα σμερδνὸν ἐπ' αὐτὴν κεκλιμέναι* Mehlerus. 4) Nullus quod sciam exstat locus qui comprobet in hoc caniculae nomine *α* litteram produci; mulierum nomen *Μαῖρα* est: Il. Σ 48. Od. λ 326.

etiam solem appellari pervulgata grammaticorum sententia fuisse videtur.[1]) — *ὑπ'* Vat. *ἐπ'* Her.

6. *κεκλιμένην* Her. *κεκλημένοι* Vat. *κεκλιμένοι* Victorius. *κεκλιμέναι* Scaliger. — *ἀειθερέες*: *ερ* ex *αρ* m. eadem Vat.

7. *δύω* Ach. *δύο* Ald. Matr. Deest in B. — *ἑκάτερθεν* B. — *πόλοις περιπεπτηυῖαι* Ach. *πόλοιο περιπεπηγυῖαι* Her.

8. *αἰεὶ* Ald. *ἀεὶ* Vat. B. Matr. — *φρικαλέαι* Laur. *φῦκαλέαι* Vat. *βριμαλέαι* B. *κρυμαλέαι* AD. *φρικαλέαι τ'* Bergkius comment. crit. II p. 4. — *αἰεὶ δ'* B. Ald. *ἀεὶ δ'* Matr. *εἶθ'* Vat. *αἰεί θ'* Scaliger. — *μογέουσαι* Her. (apud quem fragmentum hoc verbo finitur.) *νοτέουσιν* Vat.[2]) *μογέουσιν* Brunckius anal. I p. 477. *νοτέουσαι* Lobeckius pathol. serm. Gr. prol. p. 100. Mihi *μογέουσαι* poetam multo magis decere videtur: similiter silvas nivis onere laborantes dixit Horatius.

9. *μὴν* Vat. Laur. *μὲν* em. Scaliger. — Bergkius confert Sapphus fragm. apud schol. Hermog. in Walzii rhet. Gr. VII. p. 883.

10. *κεῖται ἀναπέσχε. περίψυκτος δὲ τέτυκται* Vat. *κεῖ γαῖαν ἀμπέσχε, περίψυκτος δὲ τέτυκτο* Scaliger. *καὶ γαῖαν ἀμπέσχε, περίψυχος δ' ἐτέτυκτο* Brunckius. *ὅς γαῖάν τ' ἄμπεσχε, περίψυχός τ' ἐτέτυκτο* Hermannus Orph. p. 766. *κεῖται ἀν' ἀμφὶ πάχνῃσι, περὶ ψυκτὺς δὲ τέτυκτο* cj. Bernhardyus. *κείνην γαῖαν ἐπέσχε, περίψυκτος δὲ τέτυκτο* Bergkius. Utinam quid Eratosthenes scripserit tam certum esset, quam certum est horum omnium nihil ab eo fuisse scriptum. Sed nisi forte meliores Achillis codices innotescant, de genuina lectione indubie restituenda desperandum videtur. Tria postrema versus vocabula vituperandi causam non prae-

---

1) Nic. Ther. 205. Plut. quaest. conv. p. 658 B. de Is. et Os. 52. Orph. Arg. 121. Schol. Lycophr. 397. Paraphr. Lyc. p. 309 Bachm. Schol. Dion. Per. 222. Schol. Opp. Hal. III 48. Proclus ad Hes. Op. 412 (cf. Mosch.). Hesych. v. *σείριος*. Phot. lex. II p. 156 Naber. Tzetzes ad Hes. Op. 415. De voce *σείρ* v. Curtius Grundz. p. 503. 2) *νοστέουσιν* Victorius. *νοσέουσι* Scaliger.

bent. τέτυκται immerito in τέτυκτο viri docti mutaverunt: nam perspicuum est, tempora praeterita in iis tantum rebus enarrandis apte, etsi non necessario, adhiberi potuisse, quas deus mundi contemplator ipse vidit vel audivit, id quod de frigore non valet. (In sequentibus quoque praesentia habes: ἔασιν, ναίουσι.) Contra id recte Bergkius cognovit, in περίψυκτος quod alii mendosum censuerant non offendendum esse. Ad κρύσταλλος sane spectare nequit: nam „glaciem frigidissimam exstitisse non erat frigidiore docendum additamento“ (verba sunt Bernhardyi). Iure igitur Scaliger et Bergkius ex verbis περίψυκτος δὲ τέτ. concluserunt, eiusmodi nomen quale est γαῖα praegressum esse. Et hactenus quidem omnia plana. Iam autem quaeritur, ubi positum fuerit illud nomen. Quod Scaliger coniecit in versus initio κεῖ γαῖαν fuisse, ingeniosissime excogitatum est: multo minus placet κείνην γαῖαν de terris utrique polo circumiectis usurpatum, et corruptela certe multo facilius oriri potuit, si Eratosthenes κεῖ γαῖαν posuerat. Neque quidquam nos vetat poetae Alexandrino vocem Archilochiam attribuere. Epim. Hom. p. 71 (de ἐκεῖ) ὅπερ καὶ κατὰ πάθος μονοσύλλαβον γέγονε κεῖ. p. 249 παρὰ τὸ ἐκεῖθι κεῖθι καὶ κεῖ παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Quid vero, si κεῖται ἂν corruptela verborum κεῖ γαῖαν ortum est, in litteris απέσχε latet? Errasse mihi videntur, quicunque aoristum ἔσχε retinuerunt. Nam in hac descriptione, de cuius instituto iam satis dictum est, imperfectum vel plusquamperfectum locum habet, non item aoristus, qui recte sese haberet, si poeta mundi creationem narraret.[1]) Itaque si Scaliger substantivi sedem recte investigavit, potius putaverim, litteras απέσχε esse reliquias imperfecti in εσκε desinentis, veluti κρύπτεσκε vel τρύχεσκε.[2]) Si vero κεῖται ab Eratosthene profectum est (quod praecise negari non potest), in ἀναπέσχε substantivum numero singulari usurpatum cum praepositione latet.

---

1) ἔτετμε fr. XVIII mihi non oppositum iri spero. 2) Similiter sonat versus Theocr. 25, 141 βουσὶν ἰὼν λάμπεσκεν, ἀρίζηλος δ' ἐτέτυκτο.

11. *χερσαῖα*: *ερ* ex *αρ* m. eadem Vat. — *ἄμβατα* Laur. *ἀνεωβατ*^{οι} Vat. *ἄμβατος* pro *ἄβατος* dictum (quae significatio aperte requiritur) iustam praebet mirandi causam. Notum est in vocabulis *ἀνάϝεδνος ἀνάϝελπτος ἀνάπνευστος ἀνάγνωστος*, si Buttmannus verum vidit (ausf. gr. Sprachl. II p. 466), plenam *ἀνα-* formam sensu negativo esse servatam.[1]) Sed in *ἄμβατος* non *ἀνα-* sed *ἀν-* ante consonantem positum negandi vim haberet. Non potest ad defendendam hanc formam adferri *ἀννέφελος* scriptura, de qua sine dubio recte iudicavit Lobeckius p. 192.[2]) Possunt fortasse adferri duo vocabula: Homericum *ἀμφασίη*, in quo *μ* litteram ad negativum illud *ἀν-* sive *ἀνα-* pertinere Buttmannus putat[3]), et Hesychii glossa *ἀγκορές*[4]), *ἀκόρεστον*. Verum haec tam incerta sunt, ut mirum istud *ἄμβατα*, quod etiam molesto (etsi non prorsus inaudito) hiatu aures offendit, tueri non possint. Emperius mutatione satis violenta cj. *ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖά περ ὄντ' ἄβατ' ἀνθρώποισι*. At si *ἄμβατα* falsum esse evicimus, proficiscendum a codicis Vaticani lectione. *ἀνεωβατ*^{οι} nihil aliud esse nisi *ἀνέμβατοι* facile quivis mihi concedet: atque haec vox optime convenit sententiae, nisi quod terminatio in Laurentiano posita propter prius hemistichium pro vera existimanda est.[5]) Itaque proposuerim *ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖά τ' ἀνέμβατά τ' ἀνθρώποισι*. *χερσαῖος* de sterilitate dictum iis quae sequuntur *καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος* oppositum est. Bernhardyus offendit in hac significatione proposuitque ut *χέρσ' ἄλλα* scriberetur. Sed ut taceam de insuavissimo sono verborum *ἀλλὰ τὰ μὲν χέρσ' ἄλλα*: qua ratione de zonis iam descriptis *ἄλλα* dici possit, non perspicio. Cum *χέρσος* adiectivum ita usurpatum ut terram

---

1) Aliter de his iudicaverunt Hermannus opusc. VI p. 164 et Lobeckius pathol. Gr. serm. el. p. 194. 2) V. Hartel Homer. Stud. I p. 16. 3) A Buttmanno dissentit Lobeckius, ab utroque Christius Grundz. der gr. Lautl. p. 182. 4) Mendosum hoc esse censet Elmsleyus ad Soph. Oed. Col. 120. 5) *οι* servari possit scribendo *ἀλλ' αἱ μὲν χέρσοι καὶ ἀνέμβατοι ἀνθρώποισι*. Possit etiam (ne quid praetermittam) aliquis suspicari complura excidisse, ut *ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα* initium versus sit, *καὶ ἀνέμβατοι ἀνθρώποισι* finis versus sequentis.

sterilem vel incultam significet reperiatur[1]), nihil obstat quo minus etiam χερσαῖος hoc sensu dici potuisse arbitremur: ita nihil fere inter se differunt ἔρημος et ἐρημαῖος, ἐρυθρός et ἐρυθραῖος.[2]) Saepe poetae Alexandrini loco vocis alicuius utuntur alia voce simili ac propinqua, ubi priores quantum nos scimus differentiam significatus observant. Ita confunduntur ἔλεγοι et ἐλεγεῖα: ita Callimachus τοὔνεκεν posuit ubi οὕνεκα ponere debuit: ita Alexandro Aetolo recte vindicavit Passovius θηλεῖν transitive usurpatum pro θάλλειν: ita Nicander γλήνεα sic dicit ut priores γλήνας: ita ipse Eratosthenes γάστρη voculam pro γαστήρ adhibet (v. p. 89); multisque aliis exemplis haec augeri possunt.[3])

12. ἀλλήλαισι Vat. Laur. ἀλλήλησι em. Scaliger.

13. κρυστάλλου Laur. Deest haec vox in Vat. De continuatis quattuor hexametris spondiacis v. Ludwich de hexam. poet. Gr. spond. p. 22. Si κρυστάλλου pro librarii additamento habes, potes etiam παγετοῖο conicere.

14. εὔκρητοί Vat. Laur. ἐύκρητοί em. Scaliger. (εὔκρατος de temperatis zonis dictum postea in communem scriptorum usum abiisse notum est.) — αὐδήσκουσαι Vat. Laur. ἀλδήσκουσαι em. Vrsinus. ἀλδίσκουσαι Scaliger.

15. ἐλευσινίης Laur. ἐλευσίνης Vat. Ἐλευσίνοις pro Ἐλευσινίοις scriptum est in versu Epicharmi τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα apud Ath. IX p. 374 E et in Etym. magni (p. 255, 3) duobus codd. Parisinis; sed Etym. codd. DM et Zonaras (lex. I p. 480 ed. Tittm.) Ἐλευσινίοις praebent. Ἐλεύσινος igitur pro Ἐλευσίνιος usurpatum certis exemplis caret[4]): quare non dubito quin Laurentiani scriptura vera sit. Ἐλευσῖνος cj. Bernhardyus, „quia Ἐλευσινίης synizesi adhibita tum demum stare posset, si poetae non alia terminatio suppetiisset.“ Neque vero

---

1) Aeschylus in Bekk. an. p. 116. Herodotus IV 123. Dion. Hal. Ant. Rom. IX 51. Dioscor. II 157. Hes. v. χέρσος. 2) Cf. Lobeck ad Phryn. p. 362 sq. 3) V. Schneider ad Call. h. in Iovem 30. Meineke ad Call. h. in Iovem 72. anal. Alex. p. 35. 4) De Graecis loquor: nam Vergilius (memor fortasse nominis proprii quod est Ἐλευσῖνος) *Eleusinam matrem* dicere non dubitavit (Georg. I 163).

synizesis sed prioris ι litterae correptio statuenda est. Lorenzius quidem hanc usquam reperiri negavit (Epicharmos Leben u. Schr. p. 247): sed vehementer eum errare apparet ex hymni Hom. in Cer. v. 105 (Ἐλευσινίδαο θύγατρες) et ex Soph. Ant. v. 1120 (παγκοίνοις Ἐλευσινίας). Cf. interpr. ad h. l. Lobeck pathol. serm. Gr. prol. p. 242. — δήμήτερος Vat. — De vocis μιν duali notione v. p. 11 sqq.

16. Cf. Forbiger Handbuch der alten Geogr. I p. 364.

Terrae in quinque zonas divisio ad Parmenidem quasi primum auctorem refertur.[1]) Easdem proprietates, quas Eratosthenes (hoc loco multoque accuratius in Geographicis)[2]) et Vergilius zonis attribuunt, multorum descriptiones recensent. Enumeravit scriptores qui de zonis egerunt Forbigerus p. 544. Cf. Reifferscheid Suetoni rel. p. 195. sqq. —

Haec caelestia Mercurii itinera ab Eratosthene ficta respexit Polybius, a quo Eratosthenem quia Pytheae Massiliensi fidem haberet vituperatum esse Strabo nos docet l. II p. 104: *πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ· ὁ μέντοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγχαίαν λέγει πλεῦσαι· ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον τῆς Εὐρώπης πᾶσαν, ἣν οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεῦσαι τις λέγοντι.* V. Meineke vind. Strab. p. 11.

His igitur quae tractavi fragmentis examinatis atque inter se collatis simulacrum effinximus carminis de Mercurii pueritia. Narravit Eratosthenes fabulas de ortu dei, de lactei circuli origine, de puerilibus Mercurii iocis, de furto boum, de inventa lyra[3]); rettulit porro Mercurium in caelestes regiones ascendisse ibique miratum esse sphaerarum motus consonantiam lyrae efficientes, miratum esse lactei circuli cui ipse originem dederit splendorem[4]): cognovisse praeterea quo modo axis per omnes sphaeras pervadat eique

1) Zeller die Philos. der Gr. I p. 485. 2) De media zona ibi aliter atque in Mercurio iudicavit: v. Strabo II p. 97. 3) His addenda esset fabella de Mercurii et Veneris amoribus, si certa esset fragmenti IX explicatio a Bernhardyo proposita. 4) fr. XV θαυμάσας (*miratum*). fr. XVI *miror si aggrediar*.

circumfusa terra ipsa firmam habeat posituram: dignovisse denique terrae zonas earumque colores atque habitus. Colligendum autem ex Chalcidii verbis (p. 40) *recensere primum se a terra transmisisse lunae globum* etc., poetam si non haec omnia at certe complura quasi ab ipso Mercurio exposita protulisse: cf. fr. XVI *miror si aggrediar.*[1])

Continuitne haec de Mercurii infantia ac pueritia narratio alia quoque, praeter ea quae commemoravi? Habuitne carmen Eratosthenicum partes aliquas a tota hac qualicunque narratione omnino alienas? Ac si habuit, quotam poematis partem historia quam dico complexa est? Ea omnia nescimus. Nonnulla quidem fragmenta quo modo illis fabulis ac descriptionibus iniuncta fuerint, satis incertum est: verum hac re nihil lucramur ad quaestiones illas dissolvendas. Neque enim hi loci tales sunt, ut certi cuiusdam argumenti (ac diversi quidem ab eo quod descripsi) vestigia contineant: ne id quidem contendere licet eos narrationi illi nullo modo inseri posse. Itaque potest quidem conici, Eratosthenem narrasse etiam, quo modo Mercurius stellarum figuras composuerit, quo modo scientias matheseos et astronomiae, quo modo litterarum usum invenerit et cum hominibus communicaverit: potest cogitari, praeter fabulas ad dei infantiam spectantes Eratosthenem alias de Mercurii rebus protulisse; possunt, inquam, haec ac similia coniectari: fundamentum vero talium coniecturarum nullum ac ne levissimum quidem potest adferri. Desinit simul cum sphaerarum descriptione omnis Mercurii Eratosthenici notitia.

Quid autem iudicandum est de fragmentis Eratosthenicis ad signorum caelestium fabulas pertinentibus, quae inter Mercurii fragmenta recepit Bernhardyus? Nullum eorum certo testimonio ad Mercurium refertur: ne id quidem traditur aut perspicitur, ex carmine aliquo ea sumpta esse.[2]) Neque ullo loco reliquiarum ad Mercurium indubie pertinentium veri

1) Ad Mercurii orationem fortasse etiam fr. XVII—XIX pertinent.
2) Cf. p. 69. Bernhardyus ex titulo „poeticon astronomicon" collegit, maiorem partem operis Hyginiani Eratosthenis carmini deberi (p. 131): sed titulus iste solo recentiorum temporum invento ortus est. Bursian Jahrb. f. Philol. XCIII 1866 p. 761 sq.

simile fit, in hoc carmine talia narrata fuisse. Vrget quidem Bernhardyus locos nonnullos, quibus astrorum dispositio atque ordinatio Mercurio adscribitur. Sunt autem hi. Pseuderatosth. Catast. 20 *Δελτωτόν. τοῦτό ἐστιν ὑπὲρ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ Κριοῦ κείμενον· λέγεται δὲ ἐκεῖνον ἀμαυρότερον εἶναι, εὔσημον δὲ τὸ γράμμα ἐπ' αὐτοῦ κεῖσθαι ἀπὸ Διὸς τὸ πρῶτον στοιχεῖον Ἑρμοῦ θέντος, ὃς τὸν διάκοσμον τῶν ἄστρων ἐποιήσατο.* (Hyg. de astr. II 19 *hoc sidus velut litera est Graeca in triangulo posita, itaque appellatur; quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur et Iovis nomine Graece Διὸς primam literam deformaret.*) Pseuderatosth. 34 *Λαγωός. οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ καλουμένῃ κυνηγίᾳ εὑρεθείς. διὰ δὲ τὴν ταχυτῆτα τοῦ ζώου ὁ Ἑρμῆς δοκεῖ θεῖναι αὐτὸν ἐν τοῖς ἄστροις.* (Schol. Ar. Phaen. 338 *κατηστερίσθαι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ὑφ' Ἑρμοῦ διὰ τὴν ταχυτῆτα καὶ τὴν πολυγονίαν.* Hyg. II 33 *quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt.*) Pseuderatosth. 43 *πέμπτος δὲ Ἑρμοῦ, Στίλβων, λαμπρὸς καὶ μικρός· τῷ δὲ Ἑρμῇ ἐδόθη διὰ τὸ πρῶτον αὐτὸν τὸν διάκοσμον ὁρίσαι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄστρων τὰς τάξεις καὶ τὰς ὥρας μετρῆσαι καὶ ἐπισημασιῶν καιροὺς δεῖξαι.* (Hyg. II 42 *haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit et perviderit siderum cursus.*) Hyg. II 16 *qui* (Mercurius) *copia facta pro beneficio aquilam in mundo collocavit.* Sed quo tandem iure haec ad Eratosthenis poema referuntur? An propterea quia ibi Mercurius ad astra pervenisse narratus est? Sed quis contendat Aegyptiorum illam opinionem in nullo libro Graeco praeter Mercurium Eratosthenicum apparuisse? — Quod praeterea Bernhardyus in Hygini fabula 177 pro verbis *in Creticis* (vel *Cretaeis*) *versibus* scribi vult *in Eratosthenicis versibus* atque hac coniectura fretus alios locos ad eandem rem spectantes Eratostheni attribuit (p. 149), supra modum audacter excogitatum est neque ullo argumento firmatum.[1])

1) Hac coniectura fretus Meyerus versus ab Hygino citatos Varronis Atacini Chorographiae adscripsit (adnot. ad anthol. Lat. p. 33), qua

Attamen cum caelestia quaedam in poemate nostro explicita fuisse sane constet, Bernhardyus etsi non certorum indiciorum auxilio tamen cum specie quadam probabilitatis disputasse censendus esset — si nullum aliud opus Eratosthenicum exstitisset quo reliquias de mythologumenis astronomicis apte referre possemus. Talis autem liber exstitit, licet negaverit Bernhardyus.

Suidae codices tradunt Eratosthenem scripsisse *ἀστρονομίαν ἢ καταστηριγμούς* (v. *Ἐρατοσθένης*): apud Eudociam *καταστηρισμούς* legitur, paulo rectius, nam *καταστερισμούς* restituendum esse iam Portus cognovit.[1]) Eandem lectionem eodem iure apud Achillem Tatium p. 146 revocavit Koppiersius qui *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ καταστερισμῷ* pro *ἐν τῷ καταμερισμῷ* scribendum esse docuit (observ. phil. p. 130). Contradicit quidem Bernhardyus contenditque *καταμερισμὸν* nihil aliud significare nisi poema de Mercurio: huius vero argumentum fuisse enumerationem imprimis stellarum, causis earum adiunctis, in universumque rationis qua mundus temperetur expositionem.[2]) Sed iure Bernhardyo Osannus opposuit explicari non posse, quo sensu vox *καταμερισμός* tali operi accomodari potuerit (de Erat. Erig. p. 2). Quod vero Achilles Tatius in citandis Catasterismis numero singulari utitur, non vituperandum: loquitur enim illic de solo lactei circuli catasterismo.

Exstitit igitur certe Achillis Tatii temporibus opus *Ἐρατοσθένους καταστερισμοὶ* inscriptum. Atque hos Catasterismos non in omnibus congruisse cum iis qui nunc circumferuntur, nescio an demonstrare videatur comparatio loci Achillis cum

---

poetam Latinum carmen Eratosthenis imitatum esse putabat. 1) Eandem corruptelam deprehendimus in enumeratione scriptorum Hipparchi Nicaeensis, ubi Suidas (*ἔγραψε περὶ τοῦ*) *καταστηριγμοῦ*, Eudocia *καταστηρισμοῦ*. In Procli verbis (Sph. p. 68 ed. Basil.) *ὁ ὕστερον κατεστηριγμένος ὑπὸ Καλλιμάχου Βερενίκης πλόκαμος* Valckenarius *κατεστηριγμένος* vocem iure mutavit in *κατηστερισμένος* (Callim. eleg. fragm. p. 44). — *στηριγμός* dicitur de stellarum errantium stationibus. V. praeter locos in Steph. Thes. Gr. ling. (ed. Paris.) citatos Procli paraphr. in Ptol. libros de sid. effect. (ed. Lugd. 1635) p. 31. 80. 114. 219. (cf. *στηρίζοντες* p. 205.) Elucet autem tractatui, quo de nulla alia re nisi de planetarum stationibus ageretur, astronomiae titulum tribui non potuisse. 2) Cf. p. 4.

iis verbis quae de eadem re in nostris Catasterismis leguntur. Ach. *περὶ δὲ τούτου φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ καταστερισμῷ μυθικώτερον, τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἥρας γάλακτος· τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔτι βρέφους ὄντος καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἥρας ἐπισπασαμένου σφοδρότερον*[1]) *ἐκείνην ἀντισπάσαι, καὶ οὕτως περιχυθέντος τοῦ γάλακτος κύκλον γενέσθαι παγέντος.* Catast. 44 *διόπερ φασὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπὸ τὴν γένεσιν ἀνακομίσαι τὸν Ἡρακλέα καὶ προσσχεῖν αὐτὸν τῷ τῆς Ἥρας μαστῷ, τὸν δὲ θηλάζειν· ἐπινοήσασαν δὲ τὴν Ἥραν ἀποσείσασθαι αὐτόν, καὶ οὕτως ἐκχυθέντος τοῦ περισσεύματος ἀποτελεσθῆναι τὸν γαλαξίαν κύκλον.* Quod si concedatur, causa non est cur Suidae et Eudociae verba *ἀστρονομίαν ἢ καταστερισμούς* cum Bernhardyo (p. 115) ad nostros, non ad antiquiores Catasterismos referamus.

Ad eosdem Catasterismos quos Achilles commemorat pertinent, si recte sese habent, verba quae in schol. codicum B et Leid.[2]) ad Il. *X* 29 historiae de Erigona et Icario eorumque cane inter astra relatis adduntur: *ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις.* Bernhardyus hoc nomine eam Mercurii partem significari putat, qua signorum caelestium origines narratae fuerint.[3]) Probabile hoc esset, si eas in Mercurio tractatas fuisse sciremus. Quale autem argumentum *καταλόγων* nomine significetur, Bernhardyus recte intellexit. Catasterismorum enim opus, continens enumerationem astrorum addita eorum historia mythica, satis apte etiam *καταλόγων* titulo nominari potuit, itaque Bergkius verum perspexisse videtur, qui Catologos a Catasterismis ab Achille commemoratis non diversos esse censet.[4]) Ex plurali *καταλόγων*, si accurate scholiasta eo usus est, concludi possit, hoc opus in complures partes vel libros fuisse divi-

1) Diod. IV 9 *τοῦ δὲ παιδὸς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν βιαιότερον ἐπισπασαμένου τὴν θηλὴν κτλ.* 2) Valckenaer opusc. philol. II p. 18. 3) Allg. Encykl. der Wissensch. u. Künste I 36 p. 231: „die Katasterismen (*Κατάλογοι*) waren der Glanzpunkt des Ganzen.“ 4) Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 178. Valckenarii, Bachii, Osanni errores nonnullos Bergkius refutavit in anal. Alex. I p. 7 sqq.

sum.[1]) Valckenarius eo offensus, quod *καταλόγων* inscriptio alibi non obviam fit, *καταστερισμοῖς* pro *καταλόγοις* scribendum esse coniecit (opusc. II p. 68): quam argumentandi rationem si comprobaremus, quot rariores librorum appellationes nobis essent delendae!

Catasterismorum titulo Osannus a grammaticis Mercurium significatum esse putavit, sumpto illo a principali in eo poemate tractata materia (p. 9). Ad quam sententiam nulla alia causa adductus est nisi quia signorum caelestium origines in Mercurio tractatas fuisse sibi persuaserat: sed eius rei (quod iterum iterumque mihi monendum est) nullum exstat vestigium. Bernhardyus praeterea ad comprobandam suam de Catalogorum titulo opinionem haec adfert: „de poemate ea quae scholiasta tradidit derivata fuisse, etiam vox *νήπιος* de cane usurpata (*Ἠριγόνην ἥτις κύνα νήπιον ἔτρεφε*), praeterea *ἐγέραιρον* (*Ἀθηναῖοι τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἠριγόνην ἐνιαυσίαις ἐγέραιρον τιμαῖς*), satis indicant" (p. 152). Sed utroque vocabulo etiam prosae orationis scriptores utebantur[2]): itaque ne hac quidem re quidquam comprobatur. Ex contraria autem parte id haudquaquam veri simile videtur, Eratosthenem Erigonae historiam bis versibus narravisse. Denique vero (ac fateor hoc mihi gravissimum videri) si poema viri illustrissimi signorum caelestium origines exponens exstitisset, ab Arati interpretibus (ut Hyginus demonstrat) saepius adhibitum, unde explicandum esset, quod ne unum quidem versiculum habemus, qui ad amplam atque grandem illam materiam aliqua cum probabilitate possit referri?

Quae cum ita sint, repudiatis Osanni et Bernhardyi sententiis cum Bergkio, Bursiano, aliis existimandum est, fuisse librum prosa oratione scriptum et Eratosthenis

---

1) Ita certe explicandum est quod carmen Hesiodeum modo *κατάλογοι* modo *κατάλογος γυναικῶν* appellatur. Marckscheffel Hes. fragm. p. 104. Genuina operis Eratosthenici inscriptio fortasse fuit *κατάλογος καταστερισμῶν*. 2) *ἄρκτων νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων* dicit Plut. de sera num. vind. p. 562 B. De plantis Theophr. hist. pl. VIII 1, 7 *ὅπως ἂν οἱ χειμῶνες μὴ νήπια καταλαμβάνωσιν*.

nomen ferentem, quo fabulae de signis caelestibus essent expositae: itaque ex collectione reliquiarum quae e carminibus Eratosthenicis supersunt removenda sunt omnia illius argumenti fragmenta quae Hyginus nobis servavit. Cogitari quidem possit, unum alterumve eorum ex Mercurio sumptum esse: nam in commentariis Arateis unde Hyginus hausit[1]) etiam Mercurii rationem habitam fuisse demonstrat fr. II. At proficiscendum nobis est non ab incertis, sed a certis. Certum est, narrationes de quibus loquor in Catasterismis fuisse traditas: prorsus incertum est vel unius earum in Mercurio mentionem factam esse. Itaque hi loci ei tractandi atque exponendi erunt qui perscrutabitur, quam formam habuerint Catasterismi qui ferebantur Eratosthenis, quem ambitum, a quibus scriptoribus compilati sint, denique quae necessitudo intercedat inter hos antiquiores Catasterismos et eos qui nunc supersunt.[2]) Sed cum in hac disputatione nonnunquam singula locorum Hyginianorum verba magni sint momenti, quaestiones quas dico tum demum fructuose institui poterunt cum novam Hygini editionem in manibus habebimus, unde quid bonis codicibus traditum sit discere possimus. Ac tum, si vires aderunt, illa examinare conabor, ut suppleantur ea quae hic exposui.

Attamen ne iis qui contra sentiunt libellus noster nimis mancus esse videatur, exscribam quasi appendicem ex Hygini de astronomia opere eos locos quibus Eratosthenes citatur.[3])

I (II 3). *Cuius* (Atlantis) *filiae cum saepius de arboribus mala decerperent, Iuno dicitur hunc* (draconem) *ibi custodem*

---

1) Frey Rhein. Mus. XXV p. 272. 2) Valckenarius libello sub Eratosthenis nomine vulgato compendium genuini operis contineri arbitratus est (p. 69), atque hanc vel similem sententiam postea proposuerunt Bergkius, Bursianus (p. 765), Freyus. Letronnius existimavit, et Catasterismorum compositorem et Hyginum usos esse Mercurio Eratosthenico aliisque carminibus astronomica mythologumena tractantibus (Journal des Savans 1824 p. 358). Rosio Catasterismi ex commentario quodam Arateo excerpti esse visi sunt (Arist. pseudep. p. 345). Bernhardyi sententiam, qui Catasterismos superstites ex Hygino conversos esse censuit, argumento gravissimo firmissimoque Bursianus refutavit. 3) In corruptorum verborum emendatione sine codicum auxilio non laborandum censeo.

posuisse: hoc etiam signi erit, quod in sideribus supra eum draconem Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat. Catast. 3. Schol. Germ. p. 60. 117.

II (4): v. p. 105.

III (6). *Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum ut ad decertandum sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem. conatur interficere draconem Hesperidum custodem, qui nunquam oculos operuisse somno coactus existimatur: quo magis custos adpositus esse demonstratur.* Catast. 4. Schol. Germ. p. 61. 118.

IV (7). *Lyra. Inter astra constituta est hac, ut Eratosthenes ait, de causa, quod initio a Mercurio facta de testudine Orpheo est tradita, qui Calliopes et Oeagri filius fuit eius rei maxime studiosus. — Postea igitur Orpheus, ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit a Thracia, sed, ut Eratosthenes ait, in Pangaeo-sedens cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiecisse Bacchas, quae corpus eius discerperent interfecti.* — (III 6) *Habet autem* (Lyra) *in ipsis testudinis lateribus singulas stellas: in summis cacuminibus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collecta, singulas: in mediis iisdem, quos humeros Eratosthenes fingit, singulas.* Catast. 24. Schol. Germ. p. 84. 150 sqq.

V (II 13). *Heniochus. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat.* Catast. 13. Schol. Germ. p. 73. 132 sq.

VI (14). *Aesculapius enim cum esset inter homines et tantum medicina ceteris praestaret, ut non satis ei videretur hominum dolores levare, nisi etiam mortuos revocaret ad vitam, novissime fertur Hippolytum, qui iniquitate novercae et inscientia parentis crat interfectus, sanasse, ita ut Eratosthenes dicit.* Catast. 6. Schol. Germ. p. 62. 121.

VII (15). *Vt Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Iovi fecerunt, quo Aesculapium interfectum complures dixerunt. hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. cum autem*

Iupiter ignoverit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur. hanc igitur ob causam inter sidera demonstrant. Catast. 29. Schol. Germ. p. 91. 161.

VIII (17). *Delphinus. Hic qua de causa sit inter astra collocatus, Eratosthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum, quo tempore voluerit Amphitriten ducere uxorem et illa cupiens conservare virginitatem fugerit ad Atlanta, complures eam quaesitum dimisisse, in his et Delphina quendam nomine, qui pervagatus insulas aliquando ad virginem pervenit eique persuasit ut nuberet Neptuno et ipse nuptias eorum administravit. pro quo facto inter sidera Delphini effigiem collocavit.* Schol. Ar. 316. Catast. 31. Schol. Germ. p. 92. 161 sq.

IX (20). *Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse et Phrixo memoriae causa dedisse, ipsum ad sidera pervenisse: quare, ut supra diximus, obscurius videatur.* Schol. Ar. 225 τοῦτον τὸν κριὸν Ἐρατοσθένης εἶναί φησιν Ἕλλης καὶ Φρίξου, ὃν θύσας τῷ Φυξίῳ Διὶ Φρίξος τὴν δορὰν δέδωκε τῷ Αἰήτῃ· διὸ καὶ τοὺς ἀστέρας αὐτοῦ ἀμαυροῦσθαί φησιν ὡς ἐκδαρέντος. Catast. 19. Schol. Germ. p. 79 sq. 142 sq.

X (23). *Dicitur etiam alia historia de Asellis, ut ait Eratosthenes. quo tempore Iupiter bello Gigantibus indicto ad eos oppugnandos omnes deos convocavit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos asellis vectos: qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse et ita pro se quisque magnum clamorem et inauditum Gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint et ita sint superati.* Catast. 11. Schol. Germ. p. 71. 129 sq.

XI (24). *Eratosthenes autem dicit et virginibus Lesbiis dotem, quam cuique relictam a parente nemo solveret, iussisse reddi* (Berenicen) *et inter eas constituisse petitionem.* Schol. Germ. p. 72. 132.

XII (28). *Hic* (Capricornus) *etiam dicitur, cum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus timorem, qui* Πανικός *appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de causa*

eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus, id est maritimis conchyliis, hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. Schol. Ar. 284. Catast. 27. Schol. Germ. p. 87. 155 sq.

XIII (30). *Eratosthenes autem ex eo pisce natos hos* (Pisces) *dicit, de quo post dicemus.* Schol. Ar. 239. Catast. 21. Schol. Germ. p. 81. 145.

XIV (40): v. p. 96.

XV (42). *Hanc* (stellam Phaethontis) *Eratosthenes a Solis filio Phaethonta appellatam dicit.* Catast. 43. Schol. Germ. p. 103. 185.

XVI (42). *Tertia est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Veneris sequens stellam hac, ut Eratosthenes ait, de causa: quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxisset et propter eius observantiam Marti eius copia non fieret, ut nihil aliud adsequi videretur, nisi sua stella Veneris sidus persequi a Venere impetravit.* Schol. Germ. p. 103. 185.

XVII (42). *Nonnulli autem hunc* (Hesperum) *Aurorae et Cephali filium esse dixerunt pulchritudine multos praestantem. ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit eum hac de causa Veneris appellari: exoriente sole et occidente videri: quare, ut ante diximus, iure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum.* Catast. 43. Schol. Germ. p. 103. 186.

XVIII (43): v. p. 6.

XIX (III 1). (De Vrsa minore) *Sed in prioribus caudae stellis una est infima, quae Polus appellatur, ut Eratosthenes dicit: per quem locum ipse mundus existimatur versari.* Catast. 2. Schol. Germ. p. 60. 115 sq.

XX. Schol. Ar. 402 Ἐρατοσθένης δέ φησι τοῦτο τὸ θυτήριον εἶναι, ἐφ' ᾧ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ συνωμοσίαν ἐποιήσαντο ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν ὁ Ζεύς, Κυκλώπων κατασκευασάντων, ἔχον ἐπὶ τοῦ πυρὸς κάλυμμα, ὅπως μὴ ἴδωσι τὴν τοῦ κεραυνοῦ δύναμιν. Catast. 39. Hyg. II 39. Schol. Germ. p. 99. 177.

XXI. Schol. Germ. p. 74 (de Tauro) *Eratosthenes dicit bovem esse quae fuit . . . cuius priores partes parent, reliquum*

corpus non apparet. p. 135 sq. *Eratosthenes dicit bovem esse quae fuit Pasiphae. cuius priores partes parent, reliquum corpus non apparet propter femineum sexum.* Catast. 14. Hyg. II 21.[1])

Timarchi[2]) commentarios in Eratosthenis Mercurium commemorat Athenaeus XI p. 501 E, ubi citato Cratini versu *δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους* grammaticorum vocis *βαλανειόμφαλος* interpretationes recenset:

Τίμαρχος δ' ἐν τετάρτῳ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ „πεπαῖχθαί τις ἂν οἰηθείη“ φησὶ „τὴν λέξιν, διότι τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ ταῖς κατασκευαῖς ὄντα τοὺς ἐξαγωγοὺς ἔχει κατὰ μέσον, ἐφ' οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστιν.“

Haec bene explicata sunt a Meinekio fragm. com. Gr. II p. 50. Cf. [Aristot.] de mundo 6 p. 399b Bekk. *ἔοικε δὲ ὄντως, εἰ καὶ μικρότερον, παραβάλλειν τὸν κόσμον τοῖς ὀμφαλοῖς λεγομένοις τοῖς ἐν τοῖς ψαλῖσι λίθοις, οἳ μέσοι κείμενοι κατὰ τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἔνδεσιν ἐν ἁρμονίᾳ τηροῦσι καὶ ἐν τάξει τὸ πᾶν σχῆμα τῆς ψαλῖδος καὶ ἀκίνητον.* Neque tamen recte Meinekius arbitratus est a Timarcho de hac re Eratosthenis sententiam comprobatam fuisse. Eam enim Athenaeus his verbis proponit: *Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ κωμῳδίας τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα·*[3]) *τῶν γὰρ φιαλῶν οἱ ὀμφαλοὶ καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι παρόμοιοι· εἰς δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀρρύθμως παίζονται.*

---

1) A scholiasta Germ. Sangerm. p. 161, 18 Eratosthenes falso pro Aglaosthene citatur. 2) Suidas v. *Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς ἐπῶν ποιητής: σύγχρονος Ἐρατοσθένους καὶ Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου.* Vitiose Eudocia de eodem Apollonio: *διάδοχος Ἐρατοσθένους καὶ Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου.* Cf. Meineke anal. Alex. p. 11. De Harpocrationis verbis p. 55 Dind. (unde error transiit in Suidae lex. v. *Ἀργάς* et in lex. ed. a Bachmanno anecd. Gr. I p. 141) non dubitandum quin vera sit Maussaci sententia, *Τίμαρχος ὁ Ῥόδιος* falso pro *Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος* scriptum esse. 3) Lycophronis interpretatio haec fuit: *ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις ὅθεν τοῖς σκαφίοις ἀρύουσι.* Hesychius v. *βαλανειομφάλους* Lycophronis et Eratosthenis sententias prodit. Cf. Poll. VI 98. Bekk. anecd. p. 225. Suidas v. *βαλανειομφάλους.*

Nempe putavit Eratosthenes, a Cratino umbilicum phialae comparari cum totius tholi balnearii forma, eiusque auctoritatem Asclepiadem et Didymum secutos esse Athenaeus nos docet: Timarchus vero non tholos in comparationem adhiberi censuit, sed umbilicos aeneos emissariis impositos. Eodem spectare Apionis et Diodori[1]) interpretationem *φιάλαι ποιαὶ ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ* egregie Meinekius demonstravit.

Praeter Timarchum etiam Parmeniscum commentarios in Mercurium composuisse Bergkius arbitratur.[2]) Huius opinionis unum argumentum non multum valere supra demonstravi (p. 29). Alterum Bergkio praebuerunt loci duo Hygini. De astr. II 2 *postea autem de septem stellis, ut Parmeniscus ait, quinque et viginti sunt a quibusdam astrologis constitutae, ut ursae species, non septem stellarum perficeretur.* II 13 *Parmeniscus autem ait, Melissea quendam fuisse Cretae regem: ad eius filias Iovem nutriendum esse delatum: quae quod lac non habuerint, capram ei admisisse, Amaltheam nomine, quae eum dicitur educasse. hanc autem geminos haedos solitam esse procreare, et fere eo tempore peperisse, quo Iupiter nutriendus est adlatus. itaque propter beneficium matris et haedos quoque inter sidera collocasse.* Liceret sane haec ad Mercurii interpretationem referre, si in hoc carmine astrorum figuras accuratius tractatas fuisse sciremus. Id vero cum nulla ratione effici possit, potius de Parmenisci commentariis Homericis cogitandum (quo duos illos locos revocari posse etiam Bergkius concedit). Atque id propterea paene pro certo habendum, quia uterque locus cum commemoratione Homeri arte cohaeret. Priorem enim sequuntur haec: *itaque et ille, qui antea plaustrum sequens Bootes appellabatur, Arctophylax est dictus, et iisdem temporibus quibus Homerus fuit haec Arctos est appellata. de Septemtrionibus ille enim dicit, hanc utroque nomine et Arcton et Plaustrum nominari: Bootem autem nusquam meminit Arctophylaca nominari.*

---

1) Herodori nomen substitutum est in editione Aldina. 2) Comment. crit. II p. 5. Anal. Alex. II p. 19.

Alterum haec praecedunt: *alii autem etiam ab his urbes quasdam appellari dixerunt, et Olenon in Aetolia, Helicen autem in Peloponneso et Aegam in Haemonia ab iis nominari: de quibus Homerus in Iliados secundo dicit.* —

Mercurii Eratosthenici argumento simile fuisse institutum Varronis Atacini in Chorographia, sententia est Meinekii (vind. Strab. p. 11). Sed id tantummodo concedi potest, quasdam res utrique poemati fuisse communes: hae vero tales sunt, ut in sescentis aliis illorum saeculorum carminibus eas occurrere necessarium fuerit, et in his tractandis similitudo inter Eratosthenem et Varronem vix potest deprehendi. Id ut demonstremus, tria Varronis fragmenta quae huc spectant consideremus.

Mar. Vict. p. 60 Keil.

vidit et aetherio mundum torquerier axe
et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima divis
laetitia est. at tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere voces.

Si verum est quod coniecit Meyerus (adnot. ad anth. Lat. I p. 33) verbum *vidit* ad Mercurium spectare (id quod certum esse nemo profecto putabit), finxit sane Varro sicut Eratosthenes, Mercurium percepisse sphaerarum motus et consonantias: cetera vero ab Eratosthenis narratione longe diversa sunt. In huius enim carmine primum a Mercurio lyra invenitur: tum miratur Mercurius quod cum lyrae consonantiis caelestes consonantiae congruant[1]); apud Varronem ad sonorum caelestium exemplum conformantur ab Apolline voces lyrae. Praeterea Varronem, cum septem orbibus sonitum effici statuat, stellarum inerrantium sphaerae vocem non tribuisse liquet; longe aliter Eratosthenes qui docet (fr. XVII): *ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει.*

---

1) fr. XV. XVII.

Prisc. Inst. III 25

ergo inter solis stationem et sidera septem
exporrecta iacet tellus. huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Quae de Eratosthenis Mercurio explorata habemus, nihil nobis praebent quod cum hisce Varronis versibus possit comparari.

Isid. de nat. rerum 10

at quinque aetheriis zonis accingitur orbis,
ac vastant imas hiemes mediamque calores:
sic terrae extremas inter mediamque coluntur
quam solis valido nunquam † ut auferat igne.

Habemus etiam Eratosthenis ipsa verba quibus quinque zonas describit (fr. XIX). Sed quis contendat Varronem imitatum esse hanc descriptionem? Res sane eaedem apud utrumque: sed in his non licuit quidquam mutare. Verba autem descriptionis Varronianae brevissimae cum Eratosthenis enarratione nullo modo conferri possunt.

Itaque desinamus tandem existimare, Varronem Eratosthenis imitatorem fuisse: quod ideo monendum duxi, quia in libris satis multis et vetustioribus et recentibus hanc opinionem, quae nulla certa ratione nititur, plus minusve dubitanter propositam inveni. Meliore iure Roeperus coniecit, Alexandri Ephesii poemate Varronem esse usum (Philol. XVIII p. 433): nam consilium sane utriusque carminis idem fuisse videtur. Nolim tamen Atacinum interpretem Ephesii dicere: quae enim de sphaerarum concentu ab iis prolata habemus neque quod ad res neque quod ad verba attinet quidquam commune habent.[1]) —

Denique duo loci mihi memorandi sunt quos sine iusta causa viri docti ad Eratosthenis Mercurium rettulerunt.

Ach. Tat. p. 158 B ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης.

---

1) V. Theo Sm. p. 186 sq. Martin.

Bernhardyus haec ad Mercurium revocat (p. 165): ubi de ventis disputatum esse non est cur existimemus. Equidem non dubito hoc testimonium primo Geographicorum libro attribuere collatis iis quae Strabo I p. 28 exponit.

Probus ad Verg. p. 42, 19 Keil *quem* (oceanum) *recte dixerunt* ζωστῆρα τοῦ κόσμου, *ut Cyrillus cum ait* Ὠκεανὸς ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.

Bergkius non Cyrillum sed Eratosthenem poetam Cyrenaeum ab eo quem Probus compilavit laudatum fuisse existimat.[1]) Quod si quis approbet, incertissimam coniecturam pro certo testimonio amplectitur. Nam apud Achillem Tatium p. 143 C de horizonte haec proferuntur: περὶ γὰρ τὴν σφαῖραν ἔξωθεν ὢν τάξιν ἔχει τοῦ Ὠκεανοῦ ὃς ἔξωθεν περικλύζει τὴν γῆν· ἀφ' οὗ ἀνατέλλειν καὶ εἰς ὃν δύνειν δοκεῖ τὰ ἄστρα. ὅθεν καὶ Νεοπτόλεμος ὁ Παριανὸς ἐν τῇ τριχθονίᾳ[2]) φησὶ „τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών." In brevi commentario Arateo qui Achillem in editis exemplaribus sequitur verba Euphorioni adscribuntur, p. 168: οἱ δὲ ποιηταὶ Ὠκεανὸν αὐτὸν καλοῦσιν· ὁ γοῦν Εὐφορίων φησὶν „Ὠκεανὸς τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών." Ego versum a Neoptolemo factum esse arbitror, quia facile intellegitur quo modo ex ὁπαριαν̊ oriri potuerit ευφοριων[3]): contra si Euphorio auctor versus fuit, unde Neoptolemi Pariani poetae multo minus clari commemorationem explicabimus? Accedit scholion Il. Σ 490: διὰ ποίαν δὲ αἰτίαν μόνος ὁ Ὠκεανὸς ποταμὸς οὐ πάρεστι τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν θεῶν; ῥητέον δὲ ὅτι ἐπεὶ συνεκτικὸν ἔχει τοῦ κόσμου τὸ ῥεῦμα· φησὶ γὰρ „Ὠκεανὸς ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών." Nam ante Ὠκεανός, quod sagaciter animadvertit Meinekius, Neoptolemi Pariani potius quam Euphorionis nomen excidere potuit. Sed illud certe audacissimum videtur, mutatione satis

---

1) Meineke vind. Strab. p. 11. Aliter Schneidewinus cui Choerili nomen restituendum esse visum est, Jen. LZ. 1848 p. 610. 2) Ἐριχθονίδι cj. Meinekius anal. Alex. p. 156. 3) Alibi quoque et a Strabone et ab Achille Neoptolemus Parianus commemoratur, etsi non propter carmen illud. Strabo XIII p. 589. Ach. p. 129 E.

violenta Probo tertiam de versu sententiam tribuere. Itaque potius crediderim, posterioris saeculi grammaticum vel si malis librarium, pro exstinctis quae in codice fuerunt litteris Neoptolemi nominis fortasse iam corrupti, temere notum Cyrilli nomen posuisse.

Ab eodem auctore cuius hic versus est Meinekius satis probabiliter factos esse coniecit duos versus a Posidonio aut Strabone allatos[1])

οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται· τό μιν οὔτι μιαίνει.

Verumque est quod addit Meinekius, hos versus illi bellissime ad unum fragmentum connecti posse.

---

1) Strabo II p. 100.

ANTERINYS

XX

Choerob. in Theod. p. 81, 27 *Γάννξ Γάννκος ὁ Γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει.*

In tractando hoc loco varios errores commiserunt Bernhardyus, Giesius, Osannus. Giesius *γανάκτωρ* idem esse atque *ϝανάκτωρ* censuit (über den äol. Dial. p. 190), non reputans inauditam formam Aeolicam a grammatico ad aliud vocabulum interpretandum adhiberi non potuisse. Bernhardyus certissima quidem emendatione *Γανύκτωρ* pro *Γανάκτωρ* scripsit (p. 154); attamen neglecto suo ipsius invento totum locum ita constituere ausus est: *γάννξ γάννκτος ὁ Διώνυσος· — Διωνύσοιο γάννκτος παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει.* Censuit enim vocabulum *γάννξ* (quod Bacchi cognomen esse persuasum habebat) insolentiore et magis etiam poetico *γανύκτωρ* non potuisse explicari.[1]) Sed ut hic ita etiam in eo falsus est quod genetivum *γάννκτος* fuisse putavit. Herod. de dichr. p. 285 sq. *εἰ μέντοι διὰ τοῦ κ ἡ κλίσις ὑπάρχοι, πῇ μὲν φυλάττει τὸ υ συνεσταλμένον, πῇ δὲ ἐκτείνει. Ἔρυκος γὰρ συνεσταλμένως καὶ ἄμβυκος, Βέβρυκος, κάλυκος, Γάννκος, ἴβυκος.* Osannus recte monuit Ganyctorem Hesiodi interfectorem fuisse aut, ut alii narrabant, patrem

---

1) Immemor erat Bernhardyus dum haec scribit locorum ubi Hesiodi mors narratur. Sed quid iudicandum de C. Müllero? qui, dum ipsos illos locos tractat, tamen Bernhardyi opinionem de usu vocis *γανύκτωρ* adoptavit eaque fretus haec hariolatus est (Ctesiae et chronogr. fragm. p. 199): „De nomine *γανύκτωρ* tanquam Dionysi epitheto v. Bernhardy ad Eratosthen. p. 154. Neque id in fabula nostra significatione caret, quum Hesiodi cadaver in Dionysiaco Ariadnes festo repertum esse dicatur.“ Taedet reliqua exscribere. De vera nominis *Γανύκτωρ* significatione v. Pott Ztschr. f. vgl. Sprachf. VI p. 39.

interfectorum (p. 22): sed prorsus ex vano statuit, apud Choeroboscum ex Eratosthene non citari vocem *γάνυξ* sed eam quae inde ducta sit *Γανύκτωρ*. Itaque coniecit pro verbis *ὁ Γανύκτωρ* scribendum esse *ὅθεν Γανύκτωρ* vel *ὅθεν καὶ Γανύκτωρ*. Sed nihil mutandum praeter unam illam litteram. *Γανύκτωρ* usitata nominis forma erat: v. Aristot. apud Tzetz. de vita Hes. 3. Plut. de soll. anim. p. 969. Paus. IX 31, 6. Cert. Hom. et Hes. 13. Tzetz. l. c. 4. Itaque consentaneum est ad interpretandam rariorem formam adhiberi hanc alteram.

Ex eo autem quod Eratosthenes Ganycem maluit quam vulgari nominis forma Ganyctorem dicere, magna cum probabilitate Bergkius collegit, Hesiodi percussores ab Eratosthene in carmine aliquo fuisse commemoratos (anal. Alex. I p. 19). Cf. p. 85.

XXI

Exstat autem de morte Hesiodi haec narratio in libello de Homeri et Hesiodi certamine (p. 17 sqq. Nietzsche): *τοῦ δ' ἀγῶνος διαλυθέντος διέπλευσεν ὁ Ἡσίοδος εἰς Δελφοὺς χρησόμενος καὶ τῆς νίκης ἀπαρχὰς τῷ θεῷ ἀναθήσων. προσερχομένου δ' αὐτοῦ τῷ ναῷ ἔνθεον γενομένην τὴν προφῆτίν φασιν εἰπεῖν·*

ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,
Ἡσίοδος Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι·
τοῦ δ' ἤτοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς.
ἀλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμείου κάλλιμον ἄλσος·
κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

ὁ δ' Ἡσίοδος ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ τῆς Πελοποννήσου μὲν ἀνεχώρει νομίσας τὴν ἐκεῖ Νεμέαν τὸν θεὸν λέγειν, εἰς δ' Οἰνόην τῆς Λοκρίδος ἐλθὼν καταλύει παρ' Ἀμφιφάνει καὶ Γανύκτορι, τοῖς Φηγέως παισίν, ἀγνοήσας τὸ μαντεῖον. ὁ γὰρ τόπος οὗτος ἅπας ἐκαλεῖτο Διὸς Νεμείου ἱερόν. διατριβῆς δ' αὐτῷ πλείονος γενομένης ἐν τοῖς Οἰνῶσιν (*Οἰνεωνεῦσιν* em. Sauppius orat. Att. II p. 155) *ὑπονοήσαντες οἱ νεανίσκοι*

τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν μοιχεύειν τὸν Ἡσίοδον ἀποκτείναντες εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος πέλαγος κατεπόντισαν. τοῦ δὲ νεκροῦ τριταίου πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ δελφίνων προσενεχθέντος, ἑορτῆς τινος ἐπιχωρίου παρ' αὐτοῖς οὔσης Ἀριαδνείας, πάντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἔδραμον, καὶ τὸ σῶμα γνωρίσαντες ἐκεῖνο μὲν πενθήσαντες ἔθαψαν, τοὺς δὲ φονεῖς ἀνεζήτουν. οἱ δὲ φοβηθέντες τὴν τῶν πολιτῶν ὀργὴν κατασπάσαντες ἁλιευτικὸν σκάφος διέπλευσαν εἰς Κρήτην. οὓς κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ὁ Ζεὺς κεραυνώσας κατεπόντωσεν, ὥς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ.[1])

Ἐρατοσθένης δέ φησιν ἐν ἐνηπόδω (*ἐνήπόδῳ* Stephanus) *Κτίμενον καὶ Ἄντιφον τοὺς Γανύκτορος ἐπὶ τῇ προειρημένῃ αἰτίᾳ ἀνελόντας σφαγιασθῆναι θεοῖς ξενίοις*[2]) *ὑπ' Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως. τὴν μέντοι παρθένον, τὴν ἀδελφὴν τῶν προειρημένων, μετὰ τὴν φθορὰν ἑαυτὴν ἀναρτῆσαι, φθαρῆναι δ' ὑπό τινος ξένου συνόδου τοῦ Ἡσιόδου, Δημώδους ὄνομα, ὃν καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τῶν αὐτῶν*[3]) *φησιν.*

Quod auctor Certaminis Eratosthenem testem adhibens non *Γάννκος* scribit (id quod propter fr. XX facile aliquis exspectet), aut cum Bergkio ita explicari potest, ut existimemus grammaticum uti vulgari nomine, quo hominem apud Alcidamantem vocari supra significaverit, aut ita, ut Eratosthenem metri ratione habita modo unum modo alterum nomen posuisse arbitremur.

Bernhardyus hunc Certaminis locum ad Eratosthenis chronographiam pertinere corruptamque scripturam *ἐνηπόδω* ex significatione temporis *ἐν ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι* ortam esse arbitratur. Sed iam vidimus narrationem de Hesiodi morte potius ad carmen aliquod Eratosthenicum revocandam esse. Non minus audacter Carolus Müllerus, de loci commemo-

---

1) Eadem fere narrantur a Tzetze in vita Hes. 4 et in proleg. ad scholia p. 16 Gaisf. (ed. Ox.). Cf. Nietzsche Rhein. Mus. XXV p. 529.

2) *θεσμοῖς ξενίοις* Stephani editio. *θεσμοῖς τοῖς ξενίοις* Bernhardyus p. 241. *θεοῖς τοῖς ξενίοις* Nietzschius.

3) Ctimenum et Antiphum dicit: cf. Plut. Conv. septem sap. p. 162. *ὑπὸ τῶν ἀστῶν* non recte cj. Bernhardyus.

ratione cogitans, hasce proponit coniecturas: „πόδῳ fuerit πόλει vel πεδίῳ, in vocibus ἐν ἐνῃ vel Oenoes vel Nemeae mentio latebit; cogitari possit etiam de Naupacto." Obstat et Bernhardyi et Mülleri sententiae quod post verba ὥς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ Eratosthenici quoque libri appellationem exspectamus. Requirendus igitur est titulus carminis.[1]) Et a Barnesio quidem ἐν Ἀνδραπόδῳ, a Goettlingio (Hes. carmina p. XV) ἐν Ἡσιόδῳ propositum est: quorum posterius viri docti iure praetulerunt.[2])

In adferendis interfectorum nominibus cum Eratosthene consentiunt Pausanias et Suidas (v. Ἡσίοδος), nisi quod apud hunc patris nomen non traditur: atque ea Pausaniae temporibus magis in memoria hominum fuisse quam nomina ab Alcidamante relata demonstrant Pausaniae verba ὅτι μὲν γὰρ οἱ παῖδες τοῦ Γανύκτορος Κτίμενος καὶ Ἄντιφος ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο [τῇ Μολυκρίᾳ] σφίσιν ἡ δίκη, τάδε μὲν καὶ οἱ πάντες κατὰ ταὐτὰ εἰρήκασι. Neque Plutarchus diversam de hac re famam refert, qui Hesiodi percussores Ganyctoris filios fuisse narrat (de soll. anim. p. 969). Contra Alcidamantem secutus est Aristoteles cum fabulam de Hesiodi morte tradidit[3]); ita enim Tzetzes c. 3 (cf. p. 15 Gaisf.): Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δ' οἶμαι ὁ τοὺς πέπλους συντάξας[4]), ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου, ἐκ τῆς Κτημένης αὐτῷ γεννηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως. Cf. c. 4 ἀναιρεῖται καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θάλασσαν ὡς φθείρας τὴν ἀδελφὴν ἐκείνων Κτημένην, ἐξ ἧς ἐγεν-

1) Holstenii coniecturam, ἐν Ἠριγόνῳ quod Osannus p. 25 in Ἠριγόνῃ mutavit scribendum esse censentis, post Bergkii disputationem p. 18 refutare non opus est. 2) Euphorionis quoque fuisse poema quod Hesiodus inscriptum erat adnotat Bergkius. 3) Nisi cum Rosio Aristot. pseudepigr. p. 508 statuimus, Aristotelis commemorationem solo Tzetzae errore esse inlatam: id quod haudquaquam improbabile est. Si vero recte philosophus citatur, ipse haec tanquam fabulosa protulisse existimandus est: nam ab eo Stesichorum pro Hesiodi filio habitum esse quis est qui credat? 4) Cf. Bergk poetae lyr. Gr. p. 648.

νήθη ὁ Στησίχορος. Nomen Ctimenae restitutum a Kuhnio (ad Paus. l. c.)[1]) convenit nomini Ctimeni fratris quod Eratosthenes profert.[2])

Qua de causa Hesiodus occisus sit, diversis rationibus narratur. In fabula ab Aristotele relata ita exponebatur res, quasi revera Hesiodus puellae consuetudine usus esset. Eratosthenes autem putasse quidem hoc puellae fratres tradidit: ceterum virginem non ab Hesiodo sed a sodali eius Demode esse stupratam. Cf. Paus. *τὴν δὲ ἀδελφὴν τῶν νεανίσκων οἱ μὲν ἄλλου τού φασιν αἰσχύναντος Ἡσίοδου λαβεῖν οὐκ ἀληθῆ τὴν τοῦ ἀδικήματος δόξαν, οἱ δὲ ἐκείνου γενέσθαι τὸ ἔργον.* Vtrum Alcidamas narraverit non liquet. Alia differentia occurrit apud Plut. Conv. septem sap. p. 162 C *Μιλησίου γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα, μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες, καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρωίλος ἦν ὄνομα.* Denique apud Suidam Antiphus et Ctimenus Hesiodum interficere omnino non voluisse feruntur: *οἳ νύκτωρ δόξαντες ἀναιρεῖν φθορέα ἀδελφῆς αὐτῶν ἀνεῖλον τὸν Ἡσίοδον ἄκοντες.*[3])

Etiam de genere mortis quam Hesiodi percussores subierint complures narrandi varietates exstant. Quid Alcidamas, quid Eratosthenes rettulerit, apparet ex libello de certamine.

---

1) *Κτειμένην* legitur apud Trincavellum c. 4. Wyttenbachius (ad Plut. Mor. p. 162 C) *Κλυμένην* scribendum esse censet propter Procl. ad Hes. Op. 268 *ἰστέον δὲ ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστί. Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης* (*Κτιμένης* cj. Bergkius I p. 25), *ἄλλοι δὲ Ἀρχιέπης.* Audacissime Welckerus in Certaminis, Pausaniae, Suidae locis Clymeni nomen restituendum esse existimavit cum propter hoc Procli de Stesichori matre testimonium, tum propter lusum quendam quem in nominibus *Ἄντιφος Κλύμενος* et *Ἀμφιφάνης Γανύκτωρ* cognovisse sibi visus est (kl. Schr. I. p. 157 sq.). Sed cf. G. Hermanni opusc. VI p. 152.

2) Bergk I p. 25. 3) „Antiquior fama videtur ea fuisse qua poeta criminis accusabatur, a quo posteriorum temporum studia eum liberabant.“ Marckscheffel Hes. fr. p. 27.

Neque Plutarchus prorsus idem tradit quod Eratosthenes: (Locrenses) αὐτούς τε γὰρ (interfectores) κατεπόντισαν ζῶντας καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Nam haec aperte discrepant a verbis Eratosthenis σφαγιασθῆναι θεοῖς ξενίοις ὑπ' Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως. Neque intellego qua de causa Bergkius has duas narrationes artificiosa interpretatione in consensum redigere tentaverit (p. 24): Plutarchum enim Eratosthenis narrationem expressisse statui nequit, cum etiam in Demodis et Troili nominibus manifesta appareat differentia. In ea fabula, quam Pausanias quasi vulgatam sequitur, non Hesiodi nex sed impietas in Neptunum admissa causa fuisse ferebatur cur Ctimenus et Antiphus occisi sint. Ibi quoque Bergkius discrepantiam delere conatur, verbis illis εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβήσασιν ipsam Hesiodi interfectionem significari ratus (p. 30).[1] Pausaniae certe haec non fuit opinio: quae si fuisset, non tam obscure ille esset locutus.

Euryclis nomen unde sumpserit Eratosthenes, Bergkius recte docuisse videtur, hunc vatem non diversum esse iudicans ab eo Eurycle quem tangit Aristophanes Vesp. v. 1019.[2]) Atque inde etiam magis veri simile fit haec omnia ex carmine desumpta esse. Neque enim in libro prosa oratione composito Eratosthenes, opinor, talia lusisset.

Denique autem sagacissime et admodum speciose coniecit Bergkius, mortem Hesiodi suppliciumque percussorum ab Eratosthene narrata fuisse eo carmine cui nomen fuit Ἀντερινύς. Argumento optime convenit haec inscriptio; nam, ut Bergkii verbis utar, Antiphus et Ctimenus, cum contumeliam sibi inlatam ulcisci vellent, ab Hesiodo, quem clandestina sororis consuetudine uti existimabant, vindictam sumpserunt, interfectique corpus in mare immiserunt: at continuo huius facinoris poenas dederunt, cum Locrenses cane indice deprehensos in mare praecipitarent (p. 27). Praeterea

---

1) Paulo aliter Welckerus p. 156: „Pausanias IX 31, 5 gibt an, die Mörder seien von Naupaktos nach Molykria geflohen und dort gerichtet worden und verurtheilt als Frevler gegen Poseidon, vermuthlich insofern sie die Leiche in das Meer geworfen hatten.“ 2) Anal. Alex. I p. 23 sq. ubi alia quoque de Eurycle testimonia adferuntur.

autem magnopere firmatur Bergkii sententia fragmento XXIV nominatim ad Anterinyn relato. Itaque si vera est cum haec coniectura tum Goettlingii emendatio[1]), carmen Eratosthenis inscriptum fuit *Ἀντερινὺς ἢ Ἡσίοδος.*[2])

XXII

Schol. Nic. Ther. 472 *καὶ Μόσυχλον δὲ τὰ ὄρη τῆς Λήμνου, ὡς Ἀντίμαχος*

Ἡφαίστου πυρὶ[3]) *εἴκελον, ἥν ῥα τιτύσκει*
δαίμων ἀκροτάτης ὄρεος κορυφῇσι Μοσύχλου·

καὶ Ἐρατοσθένης φησὶ

εὖ τοι ὅσσε
κανθῶν παμφαίνεσκε Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον.

εὖ τοι ὅσσε κάνθων παμφαίνεσκε κτλ. K (codex optimus) et V. *παμφαίνεσκε* notatur etiam ex G. *εὖ τοι ὅσσε κάνθων φαίνεσκε κτλ.* P.[4])

Correctiones a viris doctis propositae ex parte nituntur prava scriptura editionis Aldinae *εὖ τοι ὅσοις φαίνεσκε*: *ἔν τ' ὅσσοις φαίνεσκε* Buttmannus, *Εὔιος ὃς φαίνεσκε* Bernhardyus p. 154, *Εὔιος ὃν φαίνεσκε* cj. Schneidewinus del. poesis Gr. p. 166, *εὖτε οἱ ὅσσε ἐκ κανθῶν φαίνεσκε* Dübnerus, *ἐν δέ οἱ ὅσσε ἐκ κανθῶν φαίνεσκε* aut *κανθοῖς παμφαίνεσκε* Bergkius II p. 4. Atque hoc quod postremo loco posui etiam Keilius recepit. Ego autem scribendum esse puto

ἔκ τέ οἱ ὅσσε
κανθῶν παμφαίνεσκε Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον[5])

---

1) V. p. 83. 2) De duplici titulo v. Bergk p. 26 sq. 3) *φλογὶ* Buttmannus Mus. der A W. I p. 299. 4) Dübner Asii Pisandri etc. fragm. p. 39. 5) Substantivum eodem modo a praepositione separatum est in Il. *Α* 188 sq.

ἐν δέ οἱ ἦτορ
στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν.

cf. Apoll. Arg. I 986 sq. Callim. h. in Ap. 74 sq. in anth. Pal. V 146, 1. apud schol. Apoll. II 867. — Aliud *τε* praecedere aut sequi potuit: cf. verba *ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ* (vel *χειρί τέ μιν κατέρεξεν*) *ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.* Non ita Il. *Π* 299 *ἔκ τ' ἔφανεν.* *Ι* 671 et Apoll. Arg. III 1167 *ἔκ τ' ἐρέοντο.* Apoll. IV 1746 *ἔκ τ' ὀνόμηναν* cett. Haec adfero, ne quis *δὲ* necessarium esse censeat.

quod mutationis lenitate (nam una tantum littera mutatur, una additur) ceteris coniecturis praestat. Significantur oculi in obliquum conversi, ut pupulae non in mediis oculis sint sed in angulis, pingiturque hoc modo aliquis qui *λοξὸν ὀφθαλμοῖς βλέπει*. Neque verum est quod Bergkius dicit, *ἐκ κανθῶν* idem esse quod in Il. *T* v. 17

ἐν δέ οἱ ὄσσε
δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὡσεὶ σέλας ἐξεφάανθεν.

Apparet enim id ad oculos in universum pertinere. *κανθοί* autem vox, quae alibi prorsus idem significat quod *ὀφθαλμοί*, hoc loco propter praecedens *ὄσσε* vocabulum proprio sensu intellegenda est.

Postrema versus Eratosthenici verba spectant, ut Bergkius adnotat, ad proverbia illa *Λήμνιον πῦρ* et *Λήμνιον βλέπειν*. Manifestum est Eratosthenem eorum originem a Lemni insulae monte ignivomo deduxisse. Explicationes ab hac diversae sed aperte ineptae apud posteriorum temporum grammaticos inveniuntur. Schol. Arist. Lys. 299 *Λήμνιον τὸ πῦρ, ἀντὶ τοῦ πάνυ γενναῖον. ἢ ἀπὸ τῶν Λημνίων γυναικῶν πορνῶν οὐσῶν, ἢ ἀπὸ τῶν καμίνων τοῦ Ἡφαίστου.* Eustath. ad Il. p. 158, 13 *ὡς οἱ Λήμνιοι ἄγριοι δηλοῖ καὶ παροιμία Λημνίαν χεῖρα εἰποῦσα τὴν ἀπαραίτητον καὶ Λήμνιον βλέπειν ἀντὶ τοῦ δεινὸν καὶ πυρῶδες.* Tzetz. ad Lyc. 227 *Λημναίῳ πυρί: ἀπὸ κεραυνοβόλου δένδρου ἐν Ἑλληνικαῖς χώραις ἐν Λήμνῳ πρώτως εὑρέθη τό τε πῦρ καὶ αἱ ὁπλουργίαι.* Eratosthenis sententiam adoptatam esse videmus apud Photium et Hesychium. Phot.[1] *Λήμνιον πῦρ· ἔστιν ἀναφορὰ ἐν Λήμνῳ πυρὸς χαλεπή τις. Λήμνιον* [*κακὸν*] *βλέπων· πυρῶδες.* Hes. *Λήμνιον βλέπει·* (*πυρῶδες* add. Schmidtius ex append. prov. III 66) *ἐπειδὴ τὸ πῦρ Λήμνιον.* Id vero in incerto nobis relinquendum, utrum Eratosthenes docta veterum poetarum imitatione an sui temporis habita ratione Mosychli montis ignivomi mentionem

1) Suidas v. *Λήμνιον πῦρ.*

iniecerit. Etsi enim scimus diu ante Galeni tempora Mosychlum esse abolitum, desunt tamen indicia, unde colligere possimus iam ante poetarum Alexandrinorum aetatem id factum esse.[1]) Quod vero Bernhardyus arbitratur, ex eo quod Eratosthenes Graeciam viserit et Geographica composuerit aliquid de hac quaestione effici posse, non satis reputare videtur, ad docti poetae carmen neque ad commentarios geographicos eam pertinere.

Ter in scholiis Nicandreis versus Eratosthenis citantur atque id unius grammatici studio deberi veri simile est, quia carmina Eratosthenica posterioribus saeculis non multum legebantur. Quorum fragmentorum unum diserte refertur ad Anterinyn (XXIV): alterum coniectura satis probabili eodem revocasse mihi videor (XXIII); itaque si quis suspicetur, hoc potissimum poema a grammatico illo adhibitum atque huic eum quoque de quo nunc agimus locum attribuendum esse, a veritate fortasse non aberraverit. Neque obstat verborum sententia: nam cum λοξὸν βλέπειν malevolorum esse nemo nesciat, dicta esse possunt de Ctimeno vel Antipho irate Hesiodum quem vitium sorori obtulisse putat intuente. Sed ipse quam anceps haec coniectura sit intellego.

XXIII

Schol. Nic. Ther. 465 ταχέως δὲ περὶ τὴν σάρκα σηπεδόνας ἐποίησε δυσιάτους (cenchris). αὗται γάρ εἰσιν αἱ πυθεδόνες· Ὅμηρος (Δ 174)

σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρουρα,

καὶ Ἐρατοσθένης

αἱ δὲ πελιδναὶ
πυθεδόνες γάστρην ἀν' ὑπέτρεφον οὐλοὸν ἕλκος.

vs. 1. αἱ δὲ πελιδναί G. οὐδὲ πελιδναί αἱ P. οὐδὲ πελιδναί KV. αἱ πελιδναί Bachius Ztschr. f. d. AW. 1837 p. 349. cf. Bergk II p. 6.

1) Rhode res Lemn. p. 8.

2. *γάστρηναν ὑπέτρεφον* KP. *γάστρηναν ὑπέστρεφον* G. *γάστρην ἀνυπέστρεφον* L. *γάστρην ἀνυπόστροφον* V. *γάγγραιναν ὑπέτρεφον* speciose cj. Lobeckius pathol. prol. p. 35. Neque tamen inusitata vocis *γάστρη* significatione tantopere offendendum videtur, ut a scriptura tradita recedamus[1]): nam pro tradita scriptura *γάστρην ἀν'* habendum est. Bernhardyus p. 158 audacissime totum locum ita restituere conatus est:

οὐδὲ δέμας πελιδναὶ
πυθεδόνες παρέφηναν, ἐπεὶ τρέφον οὐλοὸν ἕλκος.

Bergkius, qui sicuti Lobeckius *γάγγραιναν* scribendum censet, coniectando locum Mercurio poemati adsignat putatque eum pertinere ad Erigonae et Icarii fabulam ac dictum esse de morbo, qui Athenienses propter caedem corripuerit. Verum haec omnia concidunt, quandoquidem demonstratum est nullo iure fabulam illam ad Mercurium revocari. Contra mihi a vero proxime abesse videtur Bernhardyus, quamquam de verborum emendatione nunc ipsum virum doctissimum longe aliter atque antea iudicare arbitror. Restituisse sibi visus est finem pentametri et hexametrum: itaque putavit fragmentum esse petitum ex Erigona dictumque „de corpore Icarii vix ab Erigone agnito, ut quod dudum dissolutum atque putridum esset." De Icario quidem cogitari nequit: sed verba de interfecti hominis corpore prolata esse mihi quoque veri simillimum videtur. Iam cum carminis de Hesiodi morte notitiam habeamus, quivis sponte de Hesiodi corpore Eratosthenem illa scripsisse suspicabitur. Plut. l. c. *τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε καὶ τὴν Μολυκρίαν. ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥίων καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον. ὡς δὲ ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες ὡς εἰκὸς ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρὸν ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο διὰ*

---

1) V. p. 63.

τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου. de soll. an. p. 984 D *περὶ τὸ Νέμειον θαλάσσῃ διαφερόμενον ἀράμενοι δελφῖνες, ἕτεροι παρ' ἑτέρων ἐκδεχόμενοι, προθύμως εἰς τὸ Ῥίον ἐκθέντες ἔδειξαν ἐσφαγμένον.* Cf. praeterea verba Certaminis p. 82 a me exscripta et Tzetz. c. 4.

XXIV

Schol. Nic. Ther. 400 *ἰυγὴ δὲ φωνή τίς ἐστι, βοὴ ἀδιάρθρωτος ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πεποιημένη. καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντεριννύι*[1] *περὶ κυνὸς λέγων εἶπεν*

ἰυγῆς δ' ὡς παῦρον ἐπέκλυον.

δ' ὡς P. *δὲ ὡς* KG. — *ἐκέκλυον* GL. *ἀπέκλινεν* K. *ἀπέκλυεν* P. (*ἐπέκλυεν* Bernhardyus p. 157.)

„Plane cadunt haec verba in Ganyctoris filios, qui cum primum canis illius qui Hesiodo morienti adfuerat vocem audiunt, subito expavescunt, conscii facinoris quod commiserant, itaque ipsi se produnt." Bergk I p. 27. Plut. de soll. an. p. 969 D (de cane qui ululatu Pyrrho regi heri sui interfectorem prodidit) *ἐπεὶ δὲ τοὺς φονέας τοῦ δεσπότου παριόντας εἶδεν, ἐξέδραμε μετὰ φωνῆς καὶ θυμοῦ ἐπ' αὐτοὺς καὶ καθυλάκτει πολλάκις μεταστρεφόμενος εἰς τὸν Πύρρον· ὥστε μὴ μόνον ἐκείνῳ δι' ὑποψίας ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσι τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι. διὸ συλληφθέντες εὐθὺς καὶ ἀνακρινόμενοι μικρῶν τινων τεκμηρίων ἔξωθεν προσγενομένων ὁμολογήσαντες τὸν φόνον ἐκολάσθησαν. ταῦτα δὲ καὶ τὸν Ἡσιόδου κύνα τοῦ σοφοῦ δρᾶσαι λέγουσι, τοὺς Γανύκτορος ἐξελέγξαντα τοῦ Ναυπακτίου παῖδας, ὑφ' ὧν ὁ Ἡσίοδος ἀπέθανεν.* p. 984 D *ἔδει δὲ τὸν κύνα αἰτησάμενον* (*ἐπαινέσαντα* dubitanter cj. Wyttenbachius) *μὴ παραλιπεῖν τοὺς δελφῖνας· τυφλὸν γὰρ ἦν τὸ μήνυμα τοῦ κυνός, ὑλακτοῦντος καὶ μετὰ βοῆς ἐπιφερομένου τοῖς φονεῦσι κτλ.* Pollux V 42 *οἱ δὲ Ἡσιόδου* (*κύνες*) *παραμείναντες αὐτῷ ἀναιρεθέντι κατήλεγξαν ὑλακῇ τοὺς φονεύσαντας. ὁ δὲ Ἰκαρίου*

---

1) *ἐν ἀντεριννύι* G. *ἐν ἀντεριννύι* P. *νῦν ἀντεριννύι* K. *ἐν Ἠριγόνῃ* cj. I. G. Schneider. Cf. Bergk I p. 10.

κύων καὶ ἔδειξε τῇ θυγατρὶ τὸν Ἰκαρίου νεκρόν· καὶ εἰ χρή τι πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος. Quod hoc loco Hesiodi et Icarii coniunctim fit mentio, fortasse duorum Eratosthenis carminum memoriae tribuendum.

XXV

Ath. IX p. 376 B[1]) *πεταλίδων συῶν μνημονεύει Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ λέγων οὕτως „πεταλίδων δέ τοι συῶν μορφαῖς ταῖσδε πόλλ' ἐπάιον.“ πεταλίδας δ' αὐτὰς εἴρηκε μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. οὗτοι γὰρ πέτηλοι λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσι. παραπλησίως δὲ τῷ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἀντερινύι*[2]) *τοὺς σύας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν· οἳ οὕτως ἐκλήθησαν ἤτοι ἀπὸ τοῦ λαρινεύεσθαι ὅπερ ἐστὶ σιτίζεσθαι, Σώφρων „βόες δὲ λαρινεύονται,“ ἢ ἀπό τινος κώμης Ἠπειρωτικῆς Λαρίνης, ἢ ἀπὸ τοῦ βουκολοῦντος αὐτάς, Λαρῖνος δ' οὗτος ἐκαλεῖτο.*

Trium explicationum quas Athenaeus profert postrema Lyci Rhegini est. Accuratiorem de hac re expositionem praebent hi loci. Schol. Pind. Nem. IV 82 *λέγονται γὰρ ἐκ τοῦ γένους τῶν τοῦ Γηρυονέως βοῶν αὐτόθι* (in Epiro) *μεμενηκέναι, κλέψαντος παρ' Ἡρακλέους Λαρίνου τινός, ἀφ' οὗ καὶ λαρινοὶ καλοῦνται οἱ ἐκεῖ βόες μνήμην τοῦ τὸ γένος καταστήσαντος τῇ προσηγορίᾳ φυλάττοντες.* Phot. *λαρινοὶ βόες· οἱ ἐν Ἠπείρῳ ἀπὸ Λαρίνου βουκόλου κλέψαντος τὰς Ἡρακλέους βοῦς, ὡς Λύκος*[3]), *ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἤλαυνε· Πρόξενος δὲ αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ἀνεῖναί τινας τῷ Δωδωναίῳ Διί· Ἀπολλόδωρος δὲ τοὺς εὐτραφεῖς λαρινούς· λαρινεύειν γὰρ τὸ σιτεύειν.* Schol. Arist. Pac. 925 *περὶ δὲ τῶν λαρινῶν βοῶν Λύκος μὲν ὁ Ῥηγῖνος ἐπὶ ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρόν* (*ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρόν* cj. C. Müllerus fr. hist. Gr. II p. 370) *φησιν ἀπὸ Λαρίνου τινὸς βουκόλου ταύτην αὐτοὺς τὴν προσηγορίαν ἐσχηκέναι. εἰσὶ δέ τινες οἳ παρὰ τὸ λαρὸν*

1) Eust. ad Od. p. 1383, 1. 2) Ita B. *ἀντεριννύι* P. Vtrum in A scriptum sit nescimus. 3) *ὁ Ῥηγῖνος* add. Naberus e Suida v. *λαρινοὶ βόες* qui Photii verba transscripsit. (Apost. X 45.)

ἀξιοῦσιν αὐτοὺς οὕτω καλεῖσθαι. οἱ δὲ τὴν ῥι συλλαβὴν δασύνουσιν, ἵν' ᾖ λαῤῥινοὺς τοὺς μεγαλορίνους· ἐν δὲ τῇ Χαονίᾳ φασὶ τοιούτους εἶναι βοῦς, οὓς καὶ Κεστρίνους καλοῦσιν. Ἄλλως. (λαρινῷ βοΐ) ἀντὶ τοῦ μεγάλῳ καὶ εὐτραφεῖ. τοὺς δὲ Ἠπειρωτικοὺς βοῦς οὕτω λέγουσιν ἀπό τινος Λαρίνου βουκόλου, παραλαβόντος παρὰ Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς καὶ θρέψαντος εἰς εὐεξίαν. Videntur igitur etiam ii, qui boves larinos non ad Larinam vicum sed ad Larinum armentarium referebant, de Epiroticis tantum bubus epitheton illud intellexisse. Eratosthenes autem qui sues *λαρινοὺς* appellavit generalem significationem voci tribuisse putandus est idemque de ea iudicavisse quod postea Apollodorus, qui *λαρινοὺς βοῦς τοὺς εὐτραφεῖς* interpretatus est.[1]) Praeterea elucet, argumentum ab Apollodoro allatum, quo sensus adiectivi ex usu verbi *λαρινεύειν* comprobatur, ab Athenaeo ita perversum esse, ut verbum adiectivo originem dedisse dicatur. Apollodori et Lyci explicationes inepte confunduntur in schol. Arist. Av. 465 *λαρινὸν ἀντὶ τοῦ λιπαρόν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν. λέγονται γάρ τινες λαρινοὶ βόες, οἱ λιπαροὶ ἢ μεγάλοι, ἀπὸ Λαρινοῦ τινος βοσκοῦ εὐμεγέθους. νέμονται δὲ τὴν Ἤπειρον, οὖσαι τῶν Γηρυόνος βοῶν ἀπόγονοι.*[2]) Quartam denique derivationem in alio scholio ad eundem locum traditam invenimus: *ὡς ἐπὶ βοὸς δὲ τοῦτό φησιν, ὡς ἐν Λαρίσσῃ μεγάλων βοῶν γενομένων. ἔστι δὲ πόλις Θεσπρωτίας.* Sed cum de Larissa Thesprotiae oppido nihil memoriae proditum sit, verendum est ne haec sententia orta sit mera librarii neglegentia (Larissae nomine pro Larina posito) aut vano invento nitatur.

---

1) Hes. *λαρινοὶ βόες· εὐτραφεῖς. λαρινεύεσθαι· σιτεῖσθαι.* Phot. *λαρινοί· οἱ πίονες, σιτιστοί, λιπαροί.* Suidas *λαρινεύειν· τὸ σιτεύειν.* Et. m. 557, 10 *ἐκ τούτου* (vocabulo *λαρός*) *τὸ λαρινός· ἢ παρὰ τὸ λα ἐπιτατικὸν καὶ τοῦ ῥινός.* Eust. ad Il. p. 1243, 11 *καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ ῥινοῦ καὶ βόες λαρινοί καὶ ταῦροι οἱ μέγα καὶ παχὺ δέρμα ἔχοντες.* 2) Ineptiora etiam Tzetzes blaterat in Cram. an. Ox. III p. 362 *λαρινὸν τὸ μέγα ἀπὸ Λαρίνου τινὸς εὐμεγέθους· εἰσὶ δὲ καὶ Λαρινοὶ βόες μεγάλοι ἀπὸ τόπου τινός* et Chil. VIII 270 sqq. Ex anecd. Ox. loco cognoscitur, in Chil. non recte a Kiesslingio vs. 4 (*καὶ βόες μέγιστοί τινες οἱ λαρινοὶ ἐκ τόπου*) pro codicis scriptura quae est *τόπου* receptum esse *τούτου* quod margo codicis praebet.

Vocem λαρινὸς a certo quodam loco derivari non posse apparet. Verum igitur Eratosthenes statuisse censendus est, cum vocabulo generalem sensum tribueret. Sed ab usu linguae discessit: nam λαρινός fere solum de bubus usurpatum fuisse ex ipsis illis diversis explicationibus perspicuum est.[1]) Cogitabant autem, cum de origine vocabuli subobscuri posita esset quaestio, de Epiroticis bubus coniectura satis facili, quia nota erat eorum praestantia et magnitudo. Cum vero inter eos eminerent Cestrini[2]), non mirandum est quod hos potissimum nomine illo significatos esse censebant. Neque diversi ab his Chaonii boves sunt: nam regionem Cestrinam a nonnullis pro Chaoniae parte habitam esse, cognoscitur cum ex scholio a nobis exscripto tum e Steph. v. *Τροία*: *ἔστι καὶ πόλις ἐν Κεστρίᾳ τῆς Χαονίας.*[3]) Itaque nonnulli a loco quodam earum regionum boves nomen accepisse arbitrabantur: narrationem de Larino armentario poetae alicuius vel mythographi invento deberi elucet.[4]) Satis autem credibile est quod tradit Aelianus (de nat. an. XII 11), ipsos Epirotas significationem illam boum suorum usurpasse fabulamque de eorum origine a Geryonis bubus ducta narravisse.

---

1) Cf. Xenoph. apud Ath. IX p. 368 F. Ar. Pac. vs. 925. Metaphorice Aristophanes hac voce utitur Av. 465. 2) Schol. Arist. Pac. 925. Hes. v. *Κεστρινικοὶ βόες*. 3) Futili ut videtur invento apud Hesychium Chaonia antiquis temporibus Cestrina appellata fuisse perhibetur. 4) Cf. Ant. Lib. p. 205, 13 West. Oppianus Cyn. II 109 sqq. boves Syriacos qui circa Pellam pascebantur a bubus Geryonis ortos esse narrat.

ERIGONA

De sublimitate 33 *τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ — διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον — Ἀρχιλόχου*[1]) *πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος κἀκείνης τῆς ἐκβολῆς*[2]) *τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής;*

De hoc loco Heckerus ita disputat: „Cum omnes veteres critici summis laudibus extollant Archilochi ingenium, ut quibusdam visum sit materiae vitium quod quoquam minor sit, dubito an Longinus tale quid de poeta, in quo nil nisi facundissima oris et sermonis licentia ut in Cratino notatur, dicere in animum inducturus fuisset. Praeterea argumentum quod Archilochus exornavit diversissimum a fabula mythologica de Erigone. Pro *Ἀρχιλόχου* scribendum est *Ἀντιμάχου*, in quo epico robustae gravisque materiae poeta artis defectum notavit non unus Longinus. Similiter in superioribus Homero opponit Apollonium *ἄπτωτον*.“

Refellendi negotium non necessarium arbitrarer, nisi Heckeri argumentationem (quod vix credideris) aliis approbatam esse viderem. Itaque quod Heckerus miratur, Archilochum a Longino quem vocant vituperari, ratione omnino caret cum alias ob causas (de quibus si fuse hoc loco agerem, molestior essem quam utilior) tum quia paulo post de Pindaro et Sophocle, quorum laudes certe non inferiores sunt Archilochi gloria, haec legimus: *ὁτὲ μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέ-*

---

1) *Ἀρχίλοχον* et mox *παρασύροντας* codex: em. Paulus Manutius.
2) *κἀκεῖνα τῇ ἐμβολῇ* Heckerus Philol. V p. 426. Ceteras coniecturas ad locum emendandum propositas Iahnius enumerat. De sensu dubitatio oriri nequit.

γουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα. Contenditur autem a Longino ut ante cum Homero Apollonius in epico genere, mox cum Bacchylide Pindarus in melico, cum Sophocle Ion Chius in tragico, ita cum Archilocho Eratosthenes in elegiaco.[1]) Quae de argumentorum diversitate Heckerus tanta fiducia profert, absurda sunt, cum ex Archilochi elegiis exiguus versuum numerus, ex Eratosthenis Erigona fere nihil supersit. Potuerunt autem in hoc poemate nonnulla inesse, veluti vini laus aut descriptio lamentationis post Icarii mortem exortae, quae quamvis diversa ab elegiis Archilochi comparari tamen quodam modo cum uno alterove Archilochi loco liceret. Denique vero *Ἀντιμάχου* illud ab Heckero propositum si traditum exstaret, ferri vix posset. Necessaria enim est inter Homeros, Pindaros, Sophocles, Demosthenes divini alicuius ingenii commemoratio: ita autem de Antimacho iudicasse scriptorem libelli de sublimitate, scitum harum rerum existimatorem, quis est qui sibi persuadeat? Accedit quod Thebais ab Erigona non modo argumento sed etiam poesis genere fuit diversa; neque praetermittendum, de poetis epicis Longinum iam dixisse, ad novum genus ei transeundum esse. —

De Icario et Erigona haec exstat narratio in scholiis ad Il. *X* 29:

Ἰκάριος γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἔσχε δὲ θυγατέρα μονογενῆ Ἠριγόνην, ἥτις κύνα νήπιον ἔτρεφε. ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος τὸν Διόνυσον ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα. κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιήει τὴν γῆν, προφαίνων τὴν τοῦ Διονύσου χάριν, ἔχων σὺν ἑαυτῷ τὸν κύνα. γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως βουκόλοις οἶνον παρέσχεν· οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν, οἱ δὲ περιλειπόμενοι, νομίσαντες θανάσιμον εἶναι φάρμακον τὸ πόμα, πλήσσοντες ἐφόνευσαν τὸν Ἰκάριον. μεθ' ἡμέραν δὲ νηψάντων αὐτῶν καταγνόντες ἑαυτῶν εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. ὁ δὲ κύων ὑποστρέψας πρὸς

---

1) Verba sunt Osanni p. 4.

τὴν Ἠριγόνην δι' ὠρυγμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γεγονότα· ἡ δὲ μαθοῦσα τἀληθὲς ἑαυτὴν ἀνήρτησε. νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης κατὰ χρησμὸν Ἀθηναῖοι τόν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἠριγόνην ἐνιαυσίαις ἐγέραιρον τιμαῖς· οἳ καὶ καταστερισθέντες Ἰκάριος μὲν Βοώτης ἐκλήθη, Ἠριγόνη δὲ παρθένος, ὁ δὲ κύων τὴν αὐτὴν[1]) *ὀνομασίαν ἔσχεν. ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις.*[2]) .

Ita igitur haec tradita erant in Catalogis sive Catasterismis Eratosthenis[3]); ex eodem fonte aperte fluxerunt quae Hyginus p. 427 sqq. Stav. praebet[4]), eodemque quam maxime probabile est referendum esse quod Hyginus de Crateris signo tradit: *nonnulli cum Eratosthene dicunt eum cratera esse quo Icarius sit usus cum hominibus ostenderet vinum* (II 40): cf. Pseuderat. 41 *τούτου δὲ ἱκανὸν ἀπέχων ἀπὸ τῆς καμπῆς ὁ Κρατὴρ κεῖται ἐγκεκλιμένος πρὸς τὰ γόνατα τῆς Παρθένου.* Vtrum vero in poemate Eratosthenes rem eodem modo narraverit an hic illic variaverit, prorsus nescimus, cum ad carminis imaginem adumbrandam desideremus ducem talem, qualem de Callimachi Cydippa inquirentibus Aristaenetus sese praestat, neque omnino exceptis vestigiis quibusdam satis incertis de ratione quam poeta in exponenda fabula instituerit quidquam constet. Quae cum ita sint, elucet inanem esse quaestionem, quinam inter eos, qui post Eratosthenem idem tradiderunt, eum secuti sint. Sed illud quoque incertum, quos fontes ipse Eratosthenes adierit. Mythum de quo agimus pervetustum esse constat[5]); neque tamen multi diserte nominantur qui eum ante Eratosthenem tractaverint. Tragoedias Erigonae nomine insignitas scripserunt Phrynichus[6]), Sophocles[7]), Philocles[8]), Cleopho.[9]) Phrynichi fabula, ut

1) *αὐτοῦ* B. *ἑαυτοῦ* Leid. 2) Sic. B Leid. *ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης* D. *ἡ ἱστορία παρὰ Ἐρατοσθένει* A. 3) v. p. 68. 4) Cf. p. 478. 488. 5) De eius significatione in diversissimas partes viri docti abierunt. Cf. Welcker Nachtrag zu der Schrift über die Aeschylische Trilogie p. 222 sqq. Most de Hippolyto p. 15. Osann Verhandl. des Vereins Deutscher Philologen u. Schulmänner VI. Cass. 1844 p. 15 sqq. Ribbeck Anfänge u. Entwickelung des Dionysoscultus in Attika p. 1 sqq. cett. 6) Suidas v. *Φρύνιχος Μελανθᾶ.* 7) Nauck trag. Gr. fr. p. 143. 8) Suidas s. v. 9) Suidas s. v.

iure viri docti statuerunt, ad Icarii, Sophoclis fabula ad Aegisthi et Clytaemnestrae filiam pertinuit: de reliquis duabus ne conici quidem quidquam potest.[1]) Praeterea suspicari licet, Eratostheni notum fuisse Theodori Colophonii carmen in Erigonam, quod a mulieribus cantabatur: cf. Ath. XIV p. 618 E *ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἑώραις τις ἐπ' Ἠριγόνῃ, ἣν καὶ ἀλῆτιν λέγουσιν ᾠδήν. Ἀριστοτέλης γοῦν ἐν τῇ Κολοφωνίων πολιτείᾳ φησίν· „ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόδωρος ὕστερον βιαίῳ θανάτῳ. λέγεται δὲ γενέσθαι τρυφῶν τις, ὡς ἐκ τῆς ποιήσεως δῆλόν ἐστιν. ἔτι γὰρ καὶ νῦν αἱ γυναῖκες ᾄδουσιν αὐτοῦ μέλη περὶ τὰς ἑώρας."* Pollux IV 55 *ἦν δέ τι καὶ ἀλῆτις ᾆσμα ταῖς αἰώραις προσᾳδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου.* Sed utut haec fuerunt, nemo, opinor, exspectabit, cum de Eratosthenici carminis reliquiis agere mihi propositum sit, veterum scriptorum de Icarii fabula locos iam dudum ab aliis collectos rursus me compositurum quaestionemque de narrationum discrepantiis tractaturum esse consilio meo prorsus inutilem.

XXVI

Steph. v. *ἄστυ*: *λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ*

εἰ ὅτε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος.

ὅτι δὲ δῆμος Θορικός, δῆλον.

εἰδ ὅτε δὴ codex R. *εἰ ὅτε δὴ* ceteri. *εἴς τε δὴ* editio Aldina. *εἰσόκε δὴ* vel *ἐς τόδε τοῦ* Salmasius. *ἄστυ δὲ δὴ* Friedemannus de media syll. pent. p. 340 quod si recipimus verborum structura molesta fit. *ἄστυ τε δὴ* O. Müllerus die Dorier I p. 232. *ἡ δ' ὅτε δὴ* Meinekius. *εἰσότε δὴ* editores Thesauri Steph. Paris. III p. 293 D quae mutatio omnium lenissima est. V. Apoll. Rh. II 857. IV 800. 1212. Gaetul.

---

1) Welcker die griech. Trag. p. 21. 215 sqq. 967. Osann p. 12 sq. Iahn arch. Beitr. p. 206. Erigona ab Attio in scaenam producta Aegisthi filia fuit: v. Ribbeck trag. Lat. rel. p. 142.

in anthol. Pal. XI 409, 6.[1]) εἰσότε ἀφίκανεν ita dictum est ut ἔστ' ἀφίκανεν Apoll. Arg. IV 849. — καλὸν ἵκανεν ἄστυ Salmasius. καλὸν ἷκεν ἐς ἄστυ Ruhnkenius ad Hom. h. in Cer. 126. Sed poeticum illud Θορικοῦ ἕδος falso inlatum esse minime est veri simile.[2]) „In fine fragmenti lacunam indicavi; excidit ἄστυ περικλειτὸν vel simile quid: certe ἄστυ necessarium est. Θορικοῦ ἕδος autem comparandum cum Il. Δ 406. Od. ν 344. Aesch. Pers. 876. Prom. 412.“ Meinekius. Cf. Schneider ad Callim. h. 4, 311. Simplicior haec explicatio verborum Θορικοῦ ἕδος[3]) quam Bergkii interpretatio qui Θορικοῦ de conditore vel rege intellegit (II p. 12).

Quod ex loco Eratosthenis Stephanus de vocis ἄστυ significatione colligere conatur, nihil valet. Nam, ut mea faciam Bergkii verba (p. 11), iure suo Eratosthenes vocavit Thoricum ἄστυ, cum ante Thesei saeculum Thoricus fuerit inter duodecim Atticas civitates. Cf. Hecat. apud. Steph. v. Θορικός.[4]) Strabo IX p. 397.[5])

Subiectum verbi ἵκανεν fuisse videtur Διόνυσος, ut magna cum probabilitate statuit Ruhnkenius. Cf. Bergk p. 12 sq. Nisi ita statuas, ἵκανεν de navigio quo Bacchus veheretur dictum fuisse, ut praecesserit versus similis Homerici παννυχίη μέν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον. Multo minus veri similis Weberi opinio est qui de Icario versum intellexit.[6])

XXVII

Schol. Dion. Thr. p. 654 ἐκ τούτου (verbo αὔνω) αὐνός καὶ βαυνός, ὅπερ κοινῶς μὲν ὀξύνεται, Ἀττικῶς δὲ

---

1) In Hom. h. XXVIII vs. 14 codices ABCL εἰσότε praebent, editio Florentina εἰσόκε. Cf. Schneider ad Call. h. in Delum 150. 2) δάπεδον Θορίκοιο Nonnus Dion. XIII 187. 3) Cf. Meineke vindic. Strabon. p. 199. 4) Similiter comparata sunt quae Steph. s. v. Ἁλιμοῦς profert.
5) De aedificiorum reliquiis etiam nunc exstantibus v. Leake the Demi of Attica p. 68 sqq. Ross die Demen von Attika p. 72. 6) Die eleg. Dichter der Hell. p. 751. Bach Ztschr. f. d. AW. 1837 p. 348. Bernhardyus p. 157 non patere arbitratur, de Icario an Erigona versus dictus fuerit: sed ad Erigonam vix potuit spectare.

βαρύνεται. σημαίνει δὲ τὴν κάμινον, ὡς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει

μέσον δ' ἐξαύσατο βαυνόν,

ἤγουν ὕφηνε.

βαύνον codex Vaticanus. βαυνόν exstare videtur in Hamburgensi quem Lucas Holstenius ex Vaticano ut putat Bekkerus (anecd. Gr. p. 1137) transscripsit.

De significatione et usu vocis βαυνός, quam postea adhibuerunt Heracl. All. Hom. 69[1]) et Max. Tyr. XXII 3, cf. Poll. X 100 βαῦνον ἂν εἴποις τὸν χυτρόποδα. Orio Et. p. 38 βαῦνοι οἱ κάμινοι, παρὰ τὸ αὔω αὖνος καὶ πλεονασμῷ τοῦ β βαῦνοι. Bekk. an. p. 222 βάναυσοι κυρίως οἱ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενοι, χρυσοχόοι, χαλκεῖς καὶ οἱ τοιοῦτοι, ἀπὸ τοῦ τοὺς βαύνους ἐναύειν. βαῦνοι δὲ λέγονται αἱ κάμινοι. ἔνθεν καὶ κρίβανοι οἱ τῶν κριθῶν βαῦνοι. Hes. κρίβανος· ὁ βαῦνος τῶν κριθῶν. κριθαῖς γὰρ τὸ πρότερον ἐχρῶντο, καὶ βαύνους τὰς καμίνους ἔλεγον. βαῦνοι· χυτρόποδες καὶ κάμινοι· ἔνιοι δὲ καὶ ἐφ' ὧν ἐπικαθίζουσι. βαῦνος· χυτρόπους.[2]) Et. Gud. 104, 10 et Et. m. 192, 14 (cod. Paris. 2630) βαῦνος τὸ πῦρ[3]) ἢ ὁ χυτρόπους ἢ ἡ κάμινος. Schol. Arist. Ach. 86 βαύνους δὲ ἔλεγον τὰς καμίνους.[4]) Eust. ad Il. 132, 33 καλοῦσι δὲ βαῦνον μέχρι καὶ εἰσάρτι οἱ Πελοποννήσιοι τὸν τοῦ πυρὸς τόπον, ὃν καὶ παριστίαν λέγομεν ἰδιωτικῶς. ad Od. p. 1511, 13 καὶ τὸν κρίβανον ὅς ἐστι κριθῶν βαῦνος τουτέστι κάμινος κατὰ Αἴλιον Διονύσιον κτλ. ὡς δὲ βαῦνος καὶ ἡ ἑστία λέγεται ὅ ἐστι κάμινος, ἀφ' ἧς ὡς ἀλλαχοῦ ἐφάνη καὶ ὁ βάναυσος, ἡ Δωρικὴ ἐν Πελοποννήσῳ γλῶσσα μέχρι καὶ νῦν δηλοῖ. Cf. p. 1547, 57. 1564, 35. Lobeck Rhem. p. 11. De accentu Arc. p. 73 Schm. βαυνός ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ βαρύνουσι. Patet apud Eratosthenem vocem idem significare quod κάμινος: unde explicationes πῦρ et χυτρόπους haustae sint nescimus.

---

1) Valckenaer ad Ammon. p. 215. 2) Praeterea idem tradit βαύνη· κάμινος ἢ χωνευτήριον. 3) Thomas Mag. p. 202 Ritschl βαῦνος τὸ πῦρ. 4) Cf. schol. Plut. 765.

Corruptam scripturam ὑφηῦνε Bernhardyus (p. 142) in ὑφῆπτε, Ludovicus Dindorfius in ὑφηῦε mutandam esse censet[1]), et hoc quidem litteris, illud usu magis commendatur. Orta est corruptela ex verbis quae praecedunt γίνεται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ φῶ τὸ φαίνω, ἐξ οὗ φαύνω καὶ ἀποβολῇ τοῦ φ αὕνω.

Locum Eratosthenicum „conicias de Icario dictum esse, qui cum hiberno tempore Bacchus ad se venisset, ut hospitaliter illum acciperet, ignem accendit.“ Bergkius II p. 17. Cf. Ruhnken ad Callim. fr. 459.

XXVIII

Plin. nat. hist. XXII § 86 *scolymum quoque in cibos recepit oriens et alio nomine limoniam appellavit. frutex est numquam cubitali altior cristis foliorum ac radice nigra, sed dulci, Eratostheni quoque laudata in pauperi cena.*

Bernhardyus haec ad libros de antiqua comoedia refert (p. 234), citatque locum Epicharmi apud Athen. II p. 71 A ubi σκόλιον ex σκόλυμον corruptum esse coniecit Dalecampius et verba Hesychii v. κομψεία: sed ea aperte depravata sunt foedissime.[2]) Bergkius autem in sermone mihi iniecit, videri sibi Plinii locum potius ad epulas spectare quas Icarius Baccho apposuerit. Atque est sane Eratosthenis commemoratio talis, ut multo aptius quam ad scriptum grammaticum referatur aut ad librum περὶ πλούτου καὶ πενίας[3]) aut ad poemata. Si ad Erigonae locum illum pertinet[4]), apposite comparari possunt quae Naekius de mensa Hecalae Callimacheae partim ex certis testimoniis sumpta attulit partim coniectavit (opusc. II p. 133 sqq.).

XXIX

Plut. conv. disp. p. 699 A ἐπεὶ μάρτυρές γε τῷ Πλάτωνι (putanti potum per pulmonem transire) πολλοί τε

1) Steph. thes. Gr. l. ed. Paris. III p. 1269 C. 2) Cf. Schmidtii adn. 3) Laert. Diog. IX 66. 4) Nonnus Dion. XLVII 39 καλλιφύτων δὲ κοίρανον ἡμερίδων ὀλίγῃ ξείνισσε τραπέζῃ (Icarius). Cf. Tib. IV 1, 7 sqq.

κἀγαθοὶ πάρεισιν. Εὔπολιν μὲν γάρ, εἰ βούλει, πάρες ἐν Κόλαξιν εἰπόντα

πίνειν γὰρ αὐτὸν Πρωταγόρας ἐκέλευ' ἵνα
πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ·

πάρες δὲ καὶ τὸν κομψὸν Ἐρατοσθένην λέγοντα

καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος.

Εὐριπίδης δὲ σαφῶς δήπου λέγων

οἶνος περάσας πνευμόνων διαρροάς

δῆλός ἐστιν Ἐρασιστράτου βλέπων τι ὀξύτερον.

His usus est Macrobius Sat. VII 15, 22 *et Eratosthenes testatur idem* (in pulmonem defluere potum)

καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πλεύμονα τεγγόμενος.

(In codice scriptum est ΒΑΘΤΥΝ et ΙΕΓΓΟΜΕΝΟC.)

Eodem respicit Plut. de repugn. Stoic. p. 1047 D *καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ἰατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας Ἱπποκράτην, Φιλιστίωνα, Διώξιππον τὸν Ἱπποκράτειον, καὶ τῶν ποιητῶν Εὐριπίδην, Ἀλκαῖον*[1]), *Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξεισι.*[2])

Ad Erigonam rettulit pentametrum Brunckius lect. ad anal. p. 111. De argumento eius Bergkius ita disputat (II p. 13): „haud dubie (?) dicta haec sunt de Icario, cum ei Bacchus primum vinum praeberet, quemadmodum est apud Nonnum XLVII 58

καὶ πίεν ἄλλο μετ' ἄλλο γέρων φυτοεργὸς ἀλωεύς,
οἶστρον ἔχων ἀκόρητον ἐυρραθάμιγγος ἐέρσης."

Quaestio cuius Plutarchus eumque secuti Gellius (XVII 11) et Macrobius mentionem faciunt diversis rationibus diiudicabatur. Cf. [Hippocr.] de morbis IV 25 *λέγουσι δέ τινες ὅτι τὸ πινόμενον ἐς τὸν πνεύμονα ἔρχεται, ἐκ δὲ τούτου ἐς*

1) fr. 39 Bergk *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ κτλ.* Cf. Bücheler ad Petr. p. 36. 2) Philodemus in Anth. Pal. XI 34, 7 *καὶ Μιτυληναίῳ τὸν πνεύμονα τέγξατε Βάκχῳ.* Suidas *τέγγε· βρέχε·* „*οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, φίλης δ' ἀπέχου Κυθερείης.*"

τὸ ἄλλο σῶμα· οὗτοι δὲ οἱ ταύτῃ λέγοντες διαβάλλονται τούτῳ ᾧ μέλλω ἐρέειν κτλ.

XXX

Et. m. 170, 47 αὐροσχάς·[1]) ἡ ἄμπελος. μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ αὐροσχάδα βότρυν Ἰκαριωνίης. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν ἐπιθαλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα. εἴρηται δὲ ἐπαιωρημένη (ἐπαιωρουμένη em. Meinekius anal. Alex. p. 273) οὖσα ὄσχη. ὄσχη γὰρ τὸ κλῆμα καὶ ὄσχος εἴρηται.[2])

Rectissime Bergkius adnotat, verbis αὐροσχάδα βότρυν Ἰκαριωνίης non probari id quod grammaticus velit αὐροσχάδα vitem dici.[3]) Quam offendendi causam duobus modis tolli posse censet: aut corruptam esse αὐροσχάδα vocem et fortasse scribendum

αὐροσχάδος αἴνυτο βότρυν
Ἰκαριωνείης,

aut poetarum locos confusos esse, ita ut transpositione sit utendum in hunc modum: αὐροσχάς· ἡ ἄμπελος. μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν ἐπιθαλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα·

αὐροσχάδα βότρυν
Ἰκαριώνης.

At hoc certe omni probabilitate caret. Nam si poeta αὐροσχάδα vocem epitheton vocabuli βότρυν esse voluisset, grammaticus vix interpretatus esset τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα. Neque omnino intellegitur qua ratione αὐροσχάς, si idem sit quod κλῆμα, ita cum βότρυν vocula potuerit coniungi. Dicit quidem Bergkius „Eratosthenes cum pampinum uva gravem significare vellet, potuit sane coniunctim αὐροσχάδα βότρυν dicere, quod profecto non audacius est novatum quam quod Aristophanes dixit in Ranis v. 207 βατράχων κύκνων et in Avibus v. 1558 κάμηλον ἀμνόν τινα.“ Neque tamen

---

1) αὐρόσχη codex V. αὐρόσχη ἡ ἄμπελος Zonaras lex. p. 344.
2) Miller Mélanges de Litt. Gr. p. 53. 3) Comment. crit. II p. 5. Anal. Alex. I p. 16.

haec ratiocinatio apte adhiberi potest: nam duobus illis locis Aristophaneis aliisque similibus duo substantiva ad unam eandemque rem vel personam significandam ponuntur: id vero non valet de pampino et uva.

Ante omnia circumspiciendum, num locus haud dubie depravatus indicium contineat quod firmum nobis praestet disputandi fundamentum. Iam vero cum statim post verba aliquo modo ad Icarium aut filiam eius spectantia et aperte e poemate sumpta Eratosthenes commemoretur, a quo fabulam illam carmine narratam esse scimus, antea autem Parthenii Hercules citetur, ubi Icarius et Erigona quid sibi voluerint non perspicitur[1]): quid quaeso veri similius est, ne dicam certius, quam verba a grammatico citata ad Eratosthenis Erigonam pertinere? Id autem statuere licet, si nulla littera mutata locum ita scribimus:

αὐροσχάς ἡ ἄμπελος· μέμνηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ. αὐροσχάδα βότρυν Ἰκαριωνίης Ἐρατοσθένης .... δὲ ἐν ἐπιθαλαμίῳ τὸ κατὰ βότρυν κλῆμα.

Excidit (fortasse simul cum verbis *ἐν Ἠριγόνῃ*) post *Ἐρατοσθένης* alius poetae nomen, fortasse Sapphus. Conferas quorum Bergkius haud immemor fuit versus Catulli 62, 49 sqq.

ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo
nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam,
sed tenerum prono deflectens pondere corpus
iam iam contingit summum radice flagellum cet.

Simulque hac ratione Bergkii offensio tollitur. *αὐροσχάς* enim apud Parthenium vitem significavit, apud epithalamii poetam pampinum, apud Eratosthenem autem uvae epitheton fuit a pampino pendentis: cf. Hes. *ἀρέσχαι*[2])· *κλήματα, βότρυες*. Grammaticus autem hanc explicationem subicere supersedit, quoniam ipsa verba Eratosthenica eam

1) Meinekius verba *ἐρισχήλοις κορυνήταις* ex eodem carmine prolata ad Icarii caedem rettulit (anal. Alex. p. 275): sed hanc coniecturam ut faceret nulla alia re nisi ipso nostro loco permotus est. 2) *αὐρόσχαι* cj. Bernhardyus p. 155.

praebent. Ceterum vocabuli obscuri formae in grammaticorum libris mire variantur. Cf. praeter testimonia iam allata Hes. *ἀρασχάδες*[1]· *τὰ περυσινὰ κλήματα. ὀρεσχάς· τὸ σὺν τοῖς βότρυσιν ἀφαιρεθὲν κλῆμα.* Harpocr. v. *ὀσχοφόροι: ἡ δὲ ὄσχη κλῆμά ἐστι βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον· ταύτην δὲ ὀρεσχάδα ἔνιοι καλοῦσιν.*

Sed de ipsis tribus verbis quae Eratostheni vindicavimus quid statuendum sit, satis difficile est exploratu. Si recte Bergkius *Ἰκαριωνείης*[2]) pro *Ἰκαριωνίης* scripsit (comment. crit. II p. 5), Meinekio adsentiendum videtur, qui *Ἰκαριωνείης* ad *κούρης*[3]) vocem pertinuisse coniecit: v. Meinekii anal. Alex. p. 273. Quod vero scrupulos Meinekio movit, vitem a poeta Erigonae vitem appellari, id facillime expedire possumus, si statuimus, verborum constructionem librariorum socordia obscuratam esse. Possunt enim verba illa tali conexu prolata fuisse:

κούρης δ' ἐν χείρεσσιν ἔθηκ' αὐροσχάδα βότρυν
Ἰκαριωνείης καὶ τόδ' ἔλεξεν ἔπος.

Sed possunt etiam graviore corruptela laborare. Veluti Bergkius, ut iam dixi, haec proposuit:

αὐροσχάδος αἴνυτο βότρυν
Ἰκαριωνείης.

Meinekius autem versum in hunc modum redintegrari posse putavit:

ἡ δ' αὐροσχάδα βότρυν ἀπέστυγεν Ἰκαριώνη

vel ita:

ἔνθ' αὐροσχάδα βότρυν ἐπεὶ πόρεν Ἰκαρίωνι.

XXXI

Schol. Dioscoridis apud Matth. Med. vet. p. 360 *μόσχον ἀντὶ τοῦ κλάδου ἢ βλαστόν· μοσχεύματα γὰρ τὰ νέα τῶν*

---

1) *αὐροσχάδες* cj. Bernhardyus. 2) *Ἰκαριώνης* (Bergk anal. Alex. I p. 16) in versus initio positum fuisse vix potest, si recte locum ad Erigonam rettuli. 3) Cf. etiam *ἁ Βερενικεία θυγάτηρ* Theocr. 15, 110.

φυτῶν ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ ἐξ Ἠριγόνης (ὡς καὶ ἐν Ἠριγόνῃ em. Meinekius p. 274) Ἐρατοσθένης

μόσχους καὶ χλωρὰς κλήματος ἐκφυάδας.

„Refert Osannus (p. 26) ad ipsum Bacchum, qui Icarium vitis curam docuerit, vel ad Icarium, qui post aliis eandem disciplinam tradiderit, ut est apud Nonnum v. 67

ἀγρονόμῳ δὲ γέροντι φυτήκομος ὤπασε δαίμων
κλήματα βοτρυόεντα, φιλεύια δῶρα τραπέζης·
καί μιν ἄναξ ἐδίδαξεν ἀεξιφύτῳ τινὶ τέχνῃ
κλάσσαι βοθριάσαι τε βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα γύροις.

Sed malim interpretari de hirco, qui ut ait Hyginus de astr. II 4 in Icarii vineam se coniecerat et quae ibi tenerrima folia videbat decerpsit.“ Bergkius II p. 13.

XXXII

Hyg. de astr. II 4 (de Arctophylace) *nonnulli hunc Icarium Erigones patrem dixerunt, cui propter iustitiam et pietatem existimatur Liber pater vinum et vitem et uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo sereretur et quid ex eo nasceretur et, cum esset natum, quomodo eo uti oporteret. qui cum sevisset vitem et diligentissime administrando floridam facile* (*falce* edd.) [1]) *fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse et quae ibi tenerrima folia videret decerpsisse; quo facto Icarium irato animo tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circa eum saltare coegisse. itaque Eratosthenes ait*

εικαριοι τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὀρχήσαντο.

Grato animo profiteor, Bursiani liberalitate factum esse, ut versus Eratosthenicus antehac miserrime corruptus iam ad genuinum nitorem restitui possit. Bursianus enim hasce codicum lectiones humanissime mecum communicavit:

---

1) *facile* optimorum librorum lectionem esse Bursianus me docuit.

ΘΙΚΑΡΙΟΙΤΟΘΙΠΡΩΤΑΠΕΡΙCΤΡΑΓΟΝΟΡΧΗCΑΝΤΟ codex Montepessulanus.

ЄΙΚΑΡΙΟΙΤΟΘΙΠΡΩΓΑΠΘΡΙCΤΡΑΤΟΝΟΡΧΗCΑΝΤΟ codex Vat. Regin. 1260.

ΘΙΚΑΡΙΟΙΤΟΘΙΠΡΩΤΑΤΙΡΑΤΟΝΟΡΧΗCΑΝΤΟ cod. Bruxell.

ΚΑΡΙΟΠΩЄΙΠΡΩΘΑΠЄCΤΡΑΤΟΝΟΡΧΗCΑΝΤΟ Par. 8663.

In editionibus versus foedissime ita exhibebatur: *Ἰκαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο*, in qua scriptura explicanda viri docti frustra desudabant. Nunc apparet, secundum versus vocabulum *τόθι* esse. Primum in codicibus ita comparatum est, ut aliquid admittere dubitationis videatur. Icariae quidem pagi mentionem fieri neminem fugit; sed quaerendum, utrum Eratosthenes forma *Ἰκάριοι* (quam Bursianus se pro genuina habere ad me scribit) ad pagi incolas designandos usus sit an *Ἰκαριοῖ* posuerit: cf. Steph. v. *Ἰκαρία: τὰ τοπικὰ Ἰκαριόθεν Ἰκαρίαζε Ἰκαριοῖ.* Mihi hoc alterum veri similius videtur: nam forma *Ἰκάριοι* usurpata de Icariae pagi incolis insolita est[1]), et haberet aliquid miri, si poeta in una eademque narratione pagi incolas Icarios unumque ex iis Icarium vocaret. Tertium sententiae meae argumentum mox commemorabo. Est autem haec differentia haud parvi momenti: nam *τόθι* adverbium si *Ἰκάριοι* legatur de aliquo loco antea designato, si *Ἰκαριοῖ*, relative de ipsa Icaria dictum esse apparet. — In sequentibus *σ* littera haud dubie causa fuit, ut *γ* littera, quae est in voce *τράγον*, in *τ* mutaretur. Possumus illa deleta *περὶ τράγον ὠρχήσαντο* scribere (ita iam Soter verba correxit): cf. Callim. h. in Dianam 240

αὐταὶ δ', Οὖπι ἄνασσα, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
πρῶτα μὲν κτλ.

h. in Iovem 52

οὖλα δὲ Κούρητές σε πέρι πρύλιν ὠρχήσαντο.

---

1) Quamquam Leutschius Phrynichi fabulam ita inscriptam fuisse coniecit Philol. XIV p. 188.

Sed cogitari etiam potest, σ litteram non prorsus temere esse inlatam: haec Bursiani sententia est qui πέριξ τράγον scribendum esse censet.

Ad Erigonam rettulit versum Valckenarius (opusc. II p. 69), ibique ipsa verba suam sibi sedem flagitant. Bergkius fragmentum Mercurio adsignavit[1]), carmen illud omnia astronomica mythologumena complexum esse mea quidem sententia falso arbitratus. V. p. 65 sqq.

Si Hyginus versum recte interpretatus est, necessario statuendum, narrationem ab Eratosthene ita institutam fuisse, ut paganos primum (id quod hexameter perhibet) circa utrem, tum autem supra utrem saltasse referret: nam id ipsum quod altero loco posui efficiebat ludum illum Ascoliorum[2]), atque id solum commemoratur ab omnibus qui mentionem eius faciunt.[3]) Et sic tantum intellegimus, qua de causa utrem vento plenum praeligaverint.[4])

Verumtamen sunt quaedam quae mihi scrupulos iniciant. Primum enim ista saltatio circa utrem non bacchantium esse hominum mihi videtur sed insanientium. Deinde summam mirationem movet, quod apud Hyginum id tantummodo commemoratur quod apud Eratosthenem, si re vera apud eum occurrebat, nullius certe fuit momenti, tacetur illud alterum, in quo omnis Ascoliorum iocus versabatur. Denique vero singulare est, quod Eratosthenes utrem ex hirci pelle factum simplici voce τράγος significat. Itaque suspicor Hygini narrationem ex gravi errore esse ortam. Nisi fallor, Hyginus vel potius commentator Arateus quem exscripsit Eratosthenis versiculum non recte intellexit. Nota ei erant

---

1) Ztschr. f. d. AW. 1841 p. 87. anal. Alex. II p. 9. 2) De Ascoliis v. Fritzsche comment. de Len. Att. mant. p. 8 sqq. Iahn arch. Ztg. 1847 p. 129 sqq. 3) Haud aliud Vergilii animo obversatur cum dicit (Georg. II 384)

atque inter pocula laeti
mollibus in pratis unctos saluere per utres.

Nam ex eo, quod utres unctos fuisse prodit, apparet eum cum ceteris congruere. 4) Idem refertur in schol. Ar. Ach. 1002. schol. Plut. 1129. Poll. IX 121. Eust. ad Od. p. 1646, 21.

quae de Ascoliis vulgo narrabantur. Eo igitur versum falso revocavit, atque ita miram illam fabulam de paganis circa utrem saltantibus effinxit. Hoc si statuimus, in promptu est simplicissima versus interpretatio. In Attica diebus quibusdam sollemnibus hircum Baccho olim immolatum esse multorum testimonia produnt.[1]) Commemoratur etiam Graecorum mos saltandi circum aram, dum hostiae partes quae dis consecratae erant in ara comburuntur. Apoll. Arg. II 701

τοῖσι δὲ Λητοΐδης ἄγρην πόρεν· ἐκ δέ νυ πάντων
εὐαγέως ἱερῷ ἀνὰ διπλόα μηρία βωμῷ
καῖον, ἐπικλείοντες Ἑώϊον Ἀπόλλωνα.
ἀμφὶ δὲ δαιομένοις εὐρὺν χορὸν ἐστήσαντο.

Et. m. 690, 47 *ὑπορχήματα δὲ ἅτινα πάλιν ἔλεγον ὀρχούμενοι καὶ τρέχοντες κύκλῳ βωμοῦ καιομένων τῶν ἱερείων.* Itaque Eratosthenes nihil aliud dicit nisi chorum agricolarum dum ab aliis hirci sacrificium fit circa saltasse.[2]) Si *Ἰκάριοι* scribimus, sententia versus haec est, Icarienses loco antea descripto (*τόθι*), cum Icarius hircum quia vineas depastus esset immolaret, primum saltasse circa hircum (posteris temporibus Icarienses idem saepissime faciebant). Si vero *Ἰκαριοῖ* vera lectio est, poeta refert primum in Icariae pago choream illam datam esse (postea etiam in aliis regionibus). Atque inde paene certum mihi fit *Ἰκαριοῖ* scribendum esse. Si *Ἰκάριοι* genuina est scriptura, verba (ex narrationis decursu petita) ex iis quae praecesserint et ex iis quae sint secuta lucem accepisse necessarium erat: Arati autem commentator socordia ac neglegentia vix credibili omnia illa reliqua non curavit, ex uno hoc hexametro ea quae dixi collegit! At culpa eius valde minuitur, errorem ei multo facilius condonare possumus, omnia multo magis ad veri similitudinem accedunt, si statuimus, verborum *τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο* explicationem ex argumenti conexu asciscì non potuisse, sed in sola interpretis sagacitate aut

1) Schneider das Attische Theaterwesen p. 23 sq. 2) Cf. O. Müller Gesch. der griech. Lit. II p. 32.

perversitate fuisse positam. Vt dicam quod censeo: versus ex prooemio sumptus est. Suspicor Eratosthenem ibi cum de argumento suo in universum loqueretur commemorasse, res a se narratas factas esse illo loco, ubi ex parvis simplicibusque initiis poesis genus postea splendidissimum exortum sit: nempe factas eas esse

Ἰκαριοῖ, τόθι πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

XXXIII

Hes. *ἀγρηνόν· δικτυοειδές, ὃ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ. Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸ καλεῖ γρῆνυν ἢ γρῆνον.*

Et. m. 14, 2 *ἀγρηνόν· ποικίλον ἐρεοῦν δικτυοειδές. καὶ ἔνδυμα δὲ ποιόν.*

Ex Etymologici loco Schmidtius recte collegit, verba *ποικίλον ἐρεοῦν* addenda esse Hesychianis. Praeterea, id quod idem vidit, excidit apud Hesychium *καὶ ἔνδυμα*, quod falso legitur in iis quae praecedunt *ἀγρηνά· δίκτυα· καὶ ἔνδυμα.* Itaque initium loci sic scribendum videtur: *ἀγρηνόν· (ποικίλον ἐρεοῦν) δικτυοειδές· (καὶ ἔνδυμα) ὃ περιτίθενται κτλ.* Ad postrema denique Hesychii verba sagaciter Schmidtius haec adnotavit: „*ἢ γρῆνον* lexicographi est qui archetypi lectionem accurate dignoscere nesciret.“

Didymus, ut verba Hesychii docent[1]), voculam *γρῆνυς* vel *γρῆνον* ab Eratosthene usurpatam pro variata forma nominis *ἀγρηνόν* habuit. Valde tamen dubito utrum verum perspexerit necne. *ἀγρηνόν* vocabulum quo rete significatur[2]) cognatum esse cum *ἄγρα* et *ἀγρεῖν* vocibus quis est qui non probabile existimet[3])? Atqui si hoc statuimus, nonne quod *α* littera omittitur permirum est ac paene incredibile[4])? Lobeckium ea res permovit ut *ἀγρηνόν* ad *ἄγρα* et

1) Ad Didymum enim probabiliter ea refert Rohdius de Pollucis in app. scaen. enarr. fontibus p. 64. 2) Hes. *ἀγρηνά· δίκτυα.*
3) V. Benfey griech. Wurzellexikon II p. 141. 4) V. Lobeck pathol. Gr. serm. el. p. 22 sqq. Demonstravit mihi Büchelerus, pagum quendam Syriacum in inscriptionibus ter *Ἄγραιναν*, semel *Γραῖναν* nominari (Waddington Inscriptions Grecques et Latines de la Syrie p. 561). Magnam

ἀγρεῖν pertinere negaret (pathol. serm. Gr. proleg. p. 200). Sed licet eum errasse non pro certo affirmaverim, tamen in eam quoque sententiam, ut iam significavi, aegre nos adduci patiemur.

Propterea conieci, Eratosthenicum illud γρῆνυς aut γρῆνον omnino non referendum esse ad ἀγρηνόν. In eandem opinionem iam alii inciderunt. Bernhardyo enim (p. 155) et Schoenio (de personarum in Eur. Bacch. habitu scenico p. 54) γρῖνος in mentem venit, qua forma dialectus quaedam pro voce ῥινός utebatur.[1]) Sed dum accuratius haec persequuntur, diversas vias inierunt; Bernhardyus pro Hesychianis γρῆνυν ἢ γρῆνον scribendum esse coniecit γρῖνυν ἢ γρῖνον: Schoenius autem statuit, primum ex voce γρῖνος vitiosa pronuntiandi consuetudine depravatum esse γρῆνος vel γρῆνον, tum propter sonorum similitudinem ad eandem significationem male traductum esse vocabulum ἀγρηνόν. In re incertissima sicut haec, ita etiam alia possunt excogitari. Ex Hesychii verbis colligendum, voce illa de qua agimus vestem ab Eratosthene significatam esse in Bacchi cultu adhibitam. Idem vero Hesychius quocum congruit Et. m. 241, 14 vocabulum γρήνη interpretatur verbis ἄνθη σύμμικτα. Licetne γρῆνυν huc referre? Diod. IV 4 κατὰ δὲ τὰς ἐν εἰρήνῃ πανηγύρεις καὶ ἑορτὰς ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ κατὰ τὴν μαλακότητα τρυφεραῖς χρῆσθαι (Bacchum). Pollux IV 118 ἡ δὲ σατυρικὴ ἐσθὴς νεβρίς, αἰγῆ κτλ. καὶ χλανὶς ἀνθινή.[2]) 117 ὁ δὲ κροκωτὸς ἱμάτιον· Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο καὶ μασχαλιστῆρι ἀνθινῷ καὶ θύρσῳ.

Id vero apparet, si γρῆνυς vel γρῆνον non idem est quod ἀγρηνόν, causam omnino non esse, cur usum amiculi illius quod speciem retis habebat non solum vatibus tragicis verum etiam hominibus bacchantibus attribuamus. Ita enim

---

similitudinem inter hanc varietatem et eam de qua Hesychius loquitur agnosco ac miror: nolim vero ex barbaro ut videtur nomine quidquam concludere. 1) V. Ahrens de Gr. linguae dial. II p. 56, qui formam illam ad Lesbiacam dialectum iure refert. Hartel Homer. Studien I p. 15.

2) Cf. Dion. Hal. Antiq. Rom: VII 72 p. 1491 περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους.

Pollux IV 116 καὶ ἐσθῆτες μὲν τραγικαὶ ποικίλον, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ χιτών, τὰ δ' ἐπιβλήματα ξυστίς κτλ. ἀγρηνόν· τὸ δ' ἦν πλέγμα ἐξ ἐρίων δικτυῶδες περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ὃ Τειρεσίας ἐπεβάλλετο ἤ τις ἄλλος μάντις.[1]) Quam ob rem musei Vaticani statua ex parte mutila quae reticulo illo insignis est[2]), vatem repraesentari arbitror, non Bacchi sacerdotem et ministrum quae Wieseleri sententia est[3]), neque ullo modo idem verum proposuisse mihi videtur, cum locum qui est in Eur. Bacch. v. 451 ἐν ἄρκυσιν γὰρ ὢν οὐκ ἔστιν οὕτως ὠκὺς ὥστε μ' ἐκφυγεῖν ad ἀγρηνὸν rettulerit.[4])

Dubitant Bernhardyus (p. 155) et Bergkius (anal. Alex. II p. 5), utrum commemoratio Eratosthenis ad eius carmina an ad libros de antiqua comoedia spectet: neque ego hanc quaestionem diiudicaverim. Si vero de carminibus cogitamus, facile sese offert coniectura, Eratosthenem in Erigona ubi Icarium eiusque socios Bacchum celebrantes describeret illius vestimenti fecisse mentionem. Didymum etiam carmina Eratosthenis respexisse demonstrat fr. XII.

XXXIV

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας
ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα Λίβυσσαν ἅλα
βορέης ἠὲ νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

Ath. II p. 36 E κατὰ δὲ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν οἶνός τοι — νόον.

Clem. Paedag. II 2, 28 ἐντεῦθεν καὶ ἡ ποιητικὴ ὠφελημένη λέγει· οἶνός θ' ὅς πυρὶ κτλ. (v. infra.)

Stob. Flor. XVIII 3 Ἐρατοσθένους. οἶνός τοι — νόον.

Hes. v. ναρθηκοπλήρωτον: διότι θερμός ἐστι φύσει ὁ

---

1) ἀργηνὸν vitiose scribitur in Cram. anecd. Paris. I p. 19, ubi res scaenicae enumerantur (locus ex Polluce excerptus est). 2) Gerhard antike Bildwerke tab. 84, 3. 3) Bulletino dell' instituto di corrispondenza archeologica 1847 p. 20. 4) Ztschr. f. d. AW. 1845 p. 107.

οἶνος ἡ πυρώδης· οἶνος τῷ πυρὶ ἴσον ἔχει μένος· Ἐρατοσθένης.

Vs. 1. οἶνός τοι πυρὶ Stobaei codd. Schowiani ABEFG. οἶνος τῷ πυρὶ Hesychius et Athenaei codd. DC. οἶνος πυρὶ Athenaei codd. BE. οἶνός τε πυρὶ Stobaei codex S. οἶνός θ' ὅς πυρὶ Clemens. — ἄνδρας Ath. Cl. ἄνδρα St. — Bernhardyus confert fragmenta carm. Cypr. et Panyasidis apud Ath. II p. 35 C. 37 A. His adiungi potest epigr. ib. p. 39 C οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ κτλ. Ceterum memorabile est ab Eratosthene poni τοι particulam, qua Callimachus in carminibus dactylico metro compositis non utitur. [1])

3. βορέης Cl. βορῆς Ath. cod. B et Stob. cod. S. βορρῆς Ath. editio Aldina. βορρᾶς Grotius. Cf. Il. *I* 5. *Ψ* 195. — τὰ δὲ καὶ Cl. Trincavellus. τὰ δὲ Athenaei codd. BCE. τὰ δέ τοι Athenaei ed. Aldina. τὰ δὲ τιθῇ Stobaei codex S quod Meinekius ex τοι (δή) ortum esse putat. — φαίνει Ath. St. πάντα φαίνει Cl. — De sententia cf. Iacobs anth. Gr. t. VI p. 314.

4. om. Cl. apud quem locus ita continuatur:

τὰ δέ καὶ κεκρυμμένα πάντα
φαίνει ἁμαρτοεπὴς οἶνος μεθύουσιν ὄλισθος
οἶνος ψυχαπάτης

καὶ τὰ ἑξῆς. Sylburgius, duorum poetarum locos errore coniunctos esse arbitratus, quamvis dubitanter scribendum esse coniecit

τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει

καὶ πάλιν

οἶνος ἁμαρτοεπής, κτλ.

Ac sane veri simillimum est, ante ἁμαρτοεπὴς excidisse οἶνος vocem. Idem etiam Bergkius arbitratur; sed in eo a Sylburgio dissentit, quod omnia Eratostheni tribuit atque ita locum constituit (II p. 10):

1) Meineke ad Callim. p. 143.

ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον
οἶνος ἀμαρτοεπής, οἶνος μεθύουσιν ὄλισθος,
οἶνος ψυχαπάτης.

At minime placet haec scriptura: verbis enim *ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον*, quae magna cum gravitate perniciosam meri vim quasi comprehendunt propterque id ipsum totam sententiam apte absolvunt, molestissime ter additur *οἶνος*, subiectum omnium quae praecedunt verborum (*ἔχει, ἔλθῃ, κυμαίνει, φαίνει*). Itaque ego cum Sylburgio duorum poetarum sententias falso coniunctas esse statuo, culpa librarii sive eius qui Clementis librum, sive eius qui sententiarum collectionem ab illo adhibitam descripsit. Ex pentametro Eratosthenis altero *πάντα* vocula servata est. Cum complura vocabula excidisse etiam Bergkius censeat, licet profecto statuere, praeter ea verba quibus versus constarent simul *καὶ πάλιν* vel similia esse omissa. Osannus quidem (p. 17) postrema eiusdem auctoris esse cuius verba ante Clemens recitet inde manifesto probari putat, quod Clemens addat *καὶ τὰ ἑξῆς*. Num vero haec addi non potuerunt, si Clemens post Eratosthenica initium loci ab alio poeta scripti citavit? Addidit autem illa *καὶ τὰ ἑξῆς* propterea quia hexametrum non continuavit.

Versus Erigonae adsignavit post Brunckium (anal. vet. poet. Gr. I p. 477) Bernhardyus, vel initio vel fine eos collocatos fuisse iudicans (p. 114). Osannus coniecit haec in convivio illo dicta esse ubi Bacchum Icarius exceperit: quippe quibus Bacchus ipse naturam et indolem muneris sui praedicaret (p. 16). Denique Bergkius censuit, ipsum poetam vim vini describere, postquam narraverit quantum facinus pastores Bacchi munere saucii commiserint.[1])

Ne quid praetermittam quod aliquo modo ad Eratosthenis Erigonam spectare videatur, commemoro, in epitoma

1) Cf. Apoll. Arg. IV 445 sqq.

futilissimi libelli. Plutarchei περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν p. 307 E haec exstare verba: ὁ περὶ τοῦ Ἰκαρίου μῦθος ᾧ Διόνυσος ἐπεξενώθη. Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ. „Titulum fabulae habes,“ ut iure monet Hercherus (Plut. de fluviis p. 10), „non ipsam fabulam.“ Tota enim reliqua huius capitis pars in enarranda Romana fabula de Saturno et Entoria eorumque filiis versatur. Itaque in his (quod nondum intellectum est) Icarii nomen (ita enim agricola appellatur cuius hospitio Saturnus utitur), non scriptori, quippe qui Romanam fabulam ementiatur, sed epitomatoris libidini est tribuendum.[1]) Ob eandem causam minime audiendus Wyttenbachius, qui Entoriae nomen ex Ἠριγόνη natum esse contendit. Ceterum quod Hercherus arbitratur (p. 18 sq.) Eratosthenis commemorationem non a scriptore sed a breviatore esse profectam, paene pro certo habeo. Sed iam satis de istis nugis. —

Erotiani locum qui est p. 394, 4 Fr. 136, 13 Kl. χῖαι γάρ εἰσιν ὑποδήματος γυναικείου εἶδος, καθά φησιν Ἐρατοσθένης καὶ Καλλίστρατος ἐν ϛ' συμμίκτων Bergkius ad Erigonam pertinere putavit (comment. crit. II p. 5), quia in addendis ed. Franz. p. 622 haec leguntur: „p. 394 l. 4 pro Σμηριγόνῃ l. Ἠριγόνῃ.“ Sed ibi numerus 394, id quod Kleinius perspexit, ioculari errato typographi ortus est: spectat adnotamentum ad p. 374, 4 ubi ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σμηριγόνῃ legitur. Itaque non dubitandum, quin recte Bernhardyus Erotiani locum ad Eratosthenis libros de antiqua comoedia rettulerit (p. 206).[2]) —

De pentametro qui profertur in Et. m. 135, 31 dictum est p. 30.

1) Cf. de huius epitomatoris opera Hercher p. 10 sqq. 2) Cf. Hes. v. βασιλίδες. Quae cum ita sint, concidunt etiam quae Schmidtius de eodem loco coniectavit, Did. fragm. p. 56.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

XXXV

Ath. I p. 24 A (postquam exposuit *πάσασθαι* verbum ab Homero *ἐπὶ τοῦ ἀπογεύσασθαι* tantummodo, nunquam *ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι* usurpari) *οἱ δὲ νεώτεροι καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τιθέασι τὸ πάσασθαι. Καλλίμαχος*[1])

μύθου δὲ πασαίμην
ἥδιον.[2])

Ἐρατοσθένης

ὀπταλέα κρέα
ἐκ τέφρης[3]) *ἐπάσαντο τά τ' ἀγρώσσοντες ἕλοντο.*

Observationem illam de verbi *πάσασθαι* usu Homerico non prorsus veram esse demonstrant imprimis Vlixis verba quae sunt in Il. *T* 160

ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
σίτου καὶ οἴνοιο κτλ.

ubi ridiculum esset non de explenda fame sed de gustando cogitare.[4]) Idem valet de locis Odysseae *α* 124. *δ* 61. *κ* 58. — De voce *ἀγρώσσειν* v. Schneider exc. ad Callim. h. 2, 60.

De Eratosthenis loco Meinekius ita disputat: „Eratosthenis fragmentum, si sanum est, novum documentum praebet, quanta vel meliorum Alexandrinorum licentia fuerit. Quis

---

1) Cf. h. in Cer. 69. 2) Haec explicavit Naekius opusc. II p. 164 sq. 3) Bernhardyus p. 142 conferri iubet Eur. Cycl. 244. Nicostr. (aut Philet.) apud Ath. III p. 108 C. Diph. ib. IV p. 132 D et VI p. 231 A. Pherecr. ib. VI p. 228 E. 4) Cf. v. 167 sqq. *ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ κτλ.*

enim ferat *ἑλέσθαι κρέα* eo quo ab Eratosthene sensu est positum? Loquitur de assatis carnibus tanquam de feris. Sed vereor ne post *κρέα* exciderit *θηρῶν*, ad quod recte referri potest neutrum *τά*. Cf. Homerus Il. *E* 140 *ἐπ' εἰροπόκοις ὀίεσσι — τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται.*" Sed quamvis sagaciter haec excogitata sint, nescio tamen an non recte sint disputata. Apud Homerum inter *ὀίεσσιν* et *τὰ* vocabula duo versus et dimidius sunt interiecti: contra audacissime dictum esset post *θηρῶν* in eo qui statim sequitur versu *τὰ ἕλοντο*[1]), atque id meo saltem iudicio multo minus ferendum quam neglegentia illa, de qua fortasse nimis severe Meinekius iudicavit.

XXXVI

Schol. (BV) Il. *T* 233 *ἔστι δὲ ἡ λέξις (ὀτρυντύς) Ἀντιμάχειος.*[2]) *χαίρει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς, ὡς τὸ πολλὴ ἀντιμαχηστύς.*

Apud Villoisonum vitiose scriptum fuit *ἀντιμαχιστύς*. — *πόλις ἀντ.* temere cj. Blomfieldus ad Callim. h. in Ap. 94. *πολλὴ δ' ἀντιμαχηστύς* Bernhardyus p. 167. Sed ex hac coniectura, cum minime sit credibile Eratostheni *ἀντιμαχηστύς* ultima correpta placuisse[3]), versus insuavis exsistit. Itaque suspicor, plura inter duo vocabula omissa esse et *πολλὴ* in initio, *ἀντιμαχηστύς* in fine hexametri positum fuisse.

Memorabile est istas formas etiam apud praeceptorem Eratosthenis haud infrequentes fuisse: cf. Ruhnken ad Call. h. in Ap. 94. Naeke II p. 82 sq. — De *στ* litteris in voce *ἀντιμαχηστύς* v. Blomfield gloss. Aesch. Sept. 641. Curtius Grundz. der griech. Etym. p. 575.

XXXVII

Ath. I p. 2 A *TIM. αὐτός, ὦ Ἀθήναιε, μετειληφὼς τῆς καλῆς ἐκείνης συνουσίας τῶν νῦν ἐπικληθέντων δειπνοσο-*

---

1) Diversi sunt etiam tales loci qualis est Il. *Λ* v. 245. 2) *ἀττικὴ* B, unde falsus est Meinekius anal. Alex. p. 263. 3) Naeke opusc. II p. 181 sq.

φιστῶν, ἥτις ἀνὰ τὴν πόλιν πολυθρύλητος ἐγένετο, ἢ παρ' ἄλλου μαθὼν τοῖς ἑταίροις διεξῄεις; ΑΘ. αὐτός, ὦ Τιμόκρατες, μετασχών. ΤΙΜ. ἆρ' οὖν ἐθελήσεις καὶ ἡμῖν τῶν καλῶν ἐπικυλικείων λόγων μεταδοῦναι —

τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον,

ὥς πού φησιν ὁ Κυρηναῖος ποιητής — ἢ παρ' ἄλλου τινὸς ἀναπυνθάνεσθαι δεῖ;

Veri similius est ad Eratosthenem quam ad Callimachum[1]) haec spectare; neque enim, ut Schweighaeuserus adnotat, unquam alias illa appellatione utitur Athenaeus ubi de Callimacho loquitur: contra l. II p. 36 E ubi rursus τὸν *Κυρηναῖον ποιητὴν* laudat Eratosthenem dicit (fr. XXXIV).

Veram ac simplicem huius versus significationem iam Erasmus perspexit, explicavit enim: „indicat Athenaeus priscos ad depellenda mala solitos ter abstergeri" (adag. v. Modestia p. 507 ed. Wechel. 1643). Verg. Aen. VI 229 sqq.

idem ter socios pura circumtulit unda
spargens rore levi et ramo felicis olivae
lustravitque viros dixitque novissima verba.

Antiph. apud Ath. X p. 441 C μέχρι γὰρ τριῶν (δεῖν add. Dindorfius) φασι τιμᾶν τοὺς θεούς. Geop. XI 18 Ζωροάστρης δὲ λέγει, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα μὴ ἀλγεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐν πρώτοις ἰδόντα ἐπὶ τοῦ φυτοῦ μεμυκυίας κάλυκας καὶ τρισὶν ἐξ αὐτῶν ἀπομαξάμενον τὰ ῥόδα καταλιπόντα.[2]) In solvenda autem ea quaestione, quo modo Timocrates hac sententia ita uti possit ut Athenaeum ad narrandos eruditorum sermones permoveat, diversas vias inierunt Iunius (adag. v. Industriae p. 369 ed. Wech.) et Casaubonus. Iunius absurde opinatus est Timocratem verba de se ipso usurpare: „non patiebatur se excludi ab ea auditione tanquam profanum et mysteriorum cognitione indignum." Quam interpretationem refellere vix opus est: ne unum quidem verbum hoc loco de mysteriis. Itaque recte Casaubonus censuit versum ad Athenaeum referendum esse et a Timocrate ita

1) Huic Bentleius versum tribuit, fr. 189. 2) Cf. Dioscor. I 152.

proferri, ut illum ad exhaustum iam laborem iterum subeundum hortetur. Vituperandum quidem est quam maxime, quod Athenaeus sententiam de purgando agentem vana lectionis ostentatione ad narrandi laborem transtulit, atque haec Schweighaeusero causa fuit, cur Casauboni interpretationem reiceret: verum talia in opere Athenaei (cuius socordia tanta erat ut v. gr. Diodori Siculi Bibliothecam historicam verbis *Διόδωρος ἐν τοῖς περὶ βιβλιοθήκης* citaret XII p. 541 E) offendere non debent. Schweighaeuserus verbum *ἀπομάττεσθαι* hoc loco non lustrandi ritum significare, sed idem esse quod imitari iterare repetere arbitratur atque hanc proponit explicationem: „ubi tertia vice effingitur exemplum de prototypo exemplari ductum, meliori ac feliciori successu id fiet.“ Cogitari quidem possit eam fuisse poetae Cyrenaei sententiam: sed cuilibet argumento poetico multo magis consentanea est Casauboni interpretatio neque satis apta videtur deorum commemoratio, ubi de imitandis nescio quibus exemplaribus agitur. Aliter Bernhardyus (p. 134), qui putat versus interpretationem asciscendam esse a fragmento illo Callimacheo quod adfertur a schol. Pind. Nem. IV 10

ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

Sicut enim hoc disticho Callimachus Gratias invocet, ut elegis manus fragrantes abstergant, ita etiam Eratosthenem petere a deabus, ut eundem sibi usum praestent; sententiam autem versus hanc esse: „qui ter poetarum monumentis manus admoverint, iis potiore cum iure et copia gloriam vates conciliabunt.“ Addit Bernhardyus *θεοῖς* rescribi posse. At si vera esset eius opinio, necessario *θεοὶ* pro falsa scriptura esset habendum: neque enim deos, sed ut ipse Bernhardyus explicat vates beneficia dare Eratosthenes diceret. Atque id solum, quod pro scriptura integra cui nihil obstat nancisceremur mendosam, sufficit ad Bernhardyi disputationem refellendam. Itaque cetera quamvis

gravia, quae ex rationibus cum ad versus significationem tum ad rem grammaticam spectantibus contra Bernhardyum proferri possunt, exponi non necessarium est. — Bergkius denique (II p. 18) in universum quidem Casaubono adsentitur: cetera vero quae profert haud satis probabiliter exposita esse mihi videntur. Primum enim contendit, Eratosthenem (qui non composuerit tralaticia praecepta ad vitam bene beateque agendam) versu illo non ita usum esse ut nihil nisi ipsam quae in verbis inesset sententiam exprimeret, sed ita ut aliud quid subtiliter notaret. At potest versus ex oratione petitus esse, qua quis admoneretur ut se purgaret: talia autem sive in Anterinye sive in Erigona sive in quavis alia narratione facile locum habere poterant. Sed Bergkius de sensu quem Eratosthenes in versu inesse voluerit ita disputat: „Athenaeus eo consilii versum adhibuit, ut diceret: noli nobis petentibus deesse, sed quod aliis iam exposuisti, id nobis quoque iteres; itaque consentaneum est, Eratosthenem quoque hoc versu usum esse, cum excusaret, quod bis terve aliquid repeteret.“ Id quoque concedi nequit, primum quia poetarum versus in conexu sententiarum a genuina eorum sede longe diverso citari possunt, dein quia Athenaeo quidem, ut iam dixi, facile condonamus, quod sententiam de purgatione agentem in aliam mentem violenter contorsit, non item Eratostheni, docto et arguto poetae. Bergkius ut hoc excuset addit, versum de poesi propterea apte ab Eratosthene adhiberi potuisse, quia *ἀπομάσσεσθαι* sit etiam „imitando aliquid fingere.“ Ad comprobandam hanc significationem adfert Callimachi epigr. 29

> *Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδῶν*
> *ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον*
> *τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο.*

Verum hic ut alibi *ἀπομάσσεσθαι* nihil est nisi imitari[1]), non imitando fingere: nam verba *τὸ μελιχρ. τῶν ἐπέων* significant Hesiodi Opera et Dies.[2]) Neque ullo modo mihi

1) Iacobs anth. Gr. t. VII p. 101. 2) Dilthey de Callim. Cyd. p. 12.

credibile est, *ἀπομάσσεσθαι* de rei alicuius tractatione poetica sine imitandi notione usurpari potuisse. Nemo vero, opinor, diserte profitetur se unum idemque poema ter imitatum esse. Quae cum ita sint, concidit etiam postrema Bergkii coniectura [1]): materiam ab Eratosthene ter tractatam fuisse fabulam de Icario et Erigona, quam narraverit in Catasterismis, in Mercurio, in Erigona. Cui opinioni etiam id obstat de quo antea fusius egi: quod nullo modo evinci potest, Icarii et Erigonae fata in Mercurio fuisse exposita.

XXXVIII

Hes. *ἡδυντῆρες· οἱ ἅλες. Ἐρατοσθένης.*

Phot. Lex. *ἡδυντῆρες· ἅλες. τινὲς δὲ λέγουσιν ἡδυντῆτες.* [2]) Pollux VI 71 *ἐκαλοῦντο δὲ καὶ οἱ ἅλες ἡδυντῆρες διὰ τὸ ἡδύνειν.* Recte idem haec addit: *καὶ τὸ ἀρτύειν δὲ ἡδύνειν ἔλεγον* [3]), quae vocis *ἡδυντῆρες* explicationem praebent. Nam minime audiendus Trypho qui dicitur, *ἡδυντῆρας* sales *κατ' ἀντίφρασιν* appellatos esse contendens: *διὰ δὲ τοῦ παρακειμένου τὰ κατ' εὐφημισμὸν λεγόμενα καὶ τὴν κακίαν περιστέλλοντα· ὡς ὅταν τὴν χολὴν ἡδεῖαν λέγωμεν, καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας, καὶ Χάροντα τὸν λύπης ποιητικόν, καὶ τὸν δυσειδῆ πίθηκον κάλλιστον, καὶ τὴν σκαιὰν εὐώνυμον, καὶ τοὺς ἅλας ἡδυντῆρας.* [4]) Cf. Arist. Meteor. II 3, 42 *ἅλες οὐ χονδροί, ἀλλὰ χαῦνοι καὶ λεπτοὶ ὥσπερ χιών· εἰσὶ δὲ τήν τε δύναμιν ἀσθενέστεροι καὶ πλείους ἡδύνουσιν ἐμβληθέντες κτλ.*

Non decernam, utrum rectius cum Bernhardyo (p. 142) statuamus, Eratosthenem in carmine aliquo usum esse hoc salis epitheto (antiquiores fortasse secutum), an cum Schmidtio (Did. fragm. p. 55) locum Hesychii ad libros de antiqua comoedia referamus. Cf. p. 111.

---

1) Anal. Alex. II p. 18. Ztschr. f. d. AW. 1850 p. 178 sq.
2) *ἡδυτῆρες* cj. Naberus. 3) Phot. *ἡδύνθαι· ἠρτύσθαι.* 4) Rhetores Gr. ed. Walz vol. VIII p. 756.

Sed locum graviter corruptum qui est in Et. m. 286, 33 (*δράξων: ἡ λέξις Σικελική. σημαίνει δὲ τοὺς κατ' ἀγορὰν τῶν ἀλφίτων ἢ τῶν ἄλλων τινῶν δραττομένους καὶ ἁρπάζοντας. οὕτως Ἐρατοσθένης καπηδάλους καλεῖ. παρὰ οὖν τὸ δράττεσθαι. εἰς τὸ Διογενιανοῦ εὗρον ἐγὼ δράξων σημαίνειν πορνοβοσκόν*), quem Bernhardyus inter carminum reliquias receperat (p. 165), propter argumentum recte sine dubio libris de comoedia Schmidtius attribuit. Itaque non meum est enarrare quibus rationibus viri docti eum restituere et explicare conati sint.

ERATOSTHENIS

QVAE FERTVR

EPISTVLA AD PTOLEMAEVM REGEM
CVM EPIGRAMMATE

Epistulam et epigramma, quae de cubi duplicatione agunt, Eutocius servavit, ad Arch. de sphaera et cyl. II p. 144 sqq. Tor. Epigramma, quod ex hoc libello excludere propter originem vulgo ei adscriptam non licuit, ab arte et elegantia genuinorum versuum Cyrenaei poetae, cui *κομψότητος* laus tribuitur a Plutarcho[1]) et carmen *διὰ πάντων ἀμώμητον* adscribitur in libello *περὶ ὕψους*[2]), tantum distare mihi videtur, ut credere non possim Eratosthenis hoc esse carmen. Auctor eius, quippe qui res quas tractat dilucide exprimere nequeat, misere balbutit, abundat verbis prorsus otiosis, verborum constructione utitur molestissima. Fontes, e quibus Eutocius in pertractando problemate illo hausit, quamvis ex parte egregios tamen non ubique puros fuisse colligendum videtur imprimis ex verbis quae sunt p. 135 *πολλῶν δὲ κλεινῶν ἀνδρῶν γραφαῖς ἐντετυχήκαμεν τὸ πρόβλημα τοῦτο ἐπαγγελλομέναις, ὧν τὴν Εὐδόξου τοῦ Κνιδίου παρῃτησάμεθα γραφήν, ἐπειδή φησι μὲν ἐν προοιμίοις διὰ καμπύλων γραμμῶν αὐτὴν ηὑρηκέναι, ἐν δὲ τῇ ἀποδείξει πρὸς τὸ μὴ κεχρῆσθαι καμπύλαις γραμμαῖς ἀλλὰ καὶ διῃρημένην ἀναλογίαν εὑρὼν ὡς συνεχεῖ χρῆται· ὅπερ ἦν ἄτοπον ὑπονοῆσαι τί λέγω περὶ Εὐδόξου; ἀλλὰ περὶ τῶν καὶ μετρίως περὶ γεωμετρίαν ἀνεστραμμένων.* Dubitari nequit quin rectissime Eutocius contenderit, tam turpes errores Eudoxo attribui

1) v. p. 101. 2) v. p. 94.

non posse: pervenerat in manus eius tractatus futilissimus ac vitiosissimus, cuius menda sive neglegentia orta erant sive fraude. Variis rationibus de hac re disputaverunt Reimerus (hist. probl. de cubi dupl. p. 54), Idelerus (comment. acad. Berol. 1828 p. 210), Bretschneiderus (die Geometrie u. die Geometer vor Eukl. p. 166 sq.): quas perpendere non est huius loci; ideo tantum haec obiter commemoravi ut nullo modo mirandum esse demonstrem, si in Eutocii commentario vile falsarii opusculum Eratostheni adscriptum esse videmus.

De origine epistulae, cui doctrinae laudem Reimerus (p. 133), venustatis Bernhardyus tribuit[1]), dubito: possit enim aliquis suspicari (etsi haud magna cum specie probabilitatis) genuinum epigramma[2]) interiisse et in eius locum suppositum esse id quod nunc habemus. Videant peritiores. Apparet inter quosdam epistulae et epigrammatis locos similitudo ita comparata, ut inde colligendum sit epistulam prius quam epigramma compositam esse. Cum hanc ob causam, tum quia quasi interpretationem poematis continet, etiam epistulam hoc loco typis exscribendam esse censui. Sed antea reliqua testimonia dabo quae ad Eratosthenis inventum spectant.[3])

Vitr. IX 3, 13 sq. *transferatur mens ad Archytae Tarentini et Eratosthenis Cyrenaei cogitata. hi enim multa et grata a mathematicis rebus hominibus invenerunt, itaque cum in ceteris inventionibus fuerint grati, in eius rei cogitationibus maxime sunt suspecti. alius enim alia ratione explicaverunt quod Delo imperaverat responsis Apollo, ut arae eius quantum haberent pedum quadratorum id duplicaretur et ita fore uti qui essent in ea insula tunc religione liberarentur. itaque Archytas hemicylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica mesolabii ratione idem explicaverunt.*

Eutocius p. 146 *γράφει δὲ καὶ Νικομήδης ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ πρὸς αὐτοῦ περὶ κογχοειδῶν συγγράμματι ὀργά-*

---

1) Ersch u. Gruber allg. Encykl. der Wiss. u. Künste I 36 p. 232.
2) v. p. 128. 3) exceptis iis quibus in adnotationibus locus erit adsignandus.

νου κατασκευὴν τὴν αὐτὴν ἀποπληροῦντος χρείαν. ἐφ' ᾧ καὶ μεγάλα μὲν σεμνυνόμενος φαίνεται ὁ ἀνήρ, πολλὰ δὲ τοῖς Ἐρατοσθένους ἐπεγγελῶν εὑρήμασιν ὡς ἀμηχάνοις τε ἅμα καὶ γεωμετρικῆς ἕξεως ἐστερημένοις τοῦ τε ἀνελλειποῦς. τῶν τοίνυν περὶ τὸ πρόβλημα πεπονηκότων τῆς τε πρὸς Ἐρατοσθένη συγκρίσεως ἕνεκα καὶ αὐτὸν τοῖς ἤδη γεγραμμένοις συνάπτομεν δυνάμει γράφοντα οὕτως.

Proclus in Tim. p. 149 D *πῶς μὲν οὖν δύο δοθεισῶν εὐθειῶν δυνατὸν δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν, ἡμεῖς ἐπὶ τέλει τῆς πραγματείας εὑρόντες τὴν Ἀρχύτειον δεῖξιν ἀναγράψομεν, ταύτην ἐκλεξάμενοι μᾶλλον ἢ τὴν Μεναίχμου, διότι ταῖς κωνικαῖς ἐκεῖνος χρῆται γραμμαῖς, καὶ τὴν Ἐρατοσθένους ὡσαύτως, διότι κανόνος χρῆται παραθέσει.*

Pappus a Commandino conversus III prop. 4 *cum igitur tales sint problematum differentiae, antiqui geometrae problema ante dictum in duabus rectis lineis, quod natura solidum est, geometrica ratione innixi construere non potuerunt, quoniam neque coni sectiones facile est in plano designare. instrumentis autem ipsum in operationem manualem et commodam aptamque constructionem mirabiliter traduxerunt, quod videre licet in eorum voluminibus, quae circumferuntur, ut in Eratosthenis mesolabo, in Philonis et Heronis mechanicis et catapulticis. hi enim asserentes problema solidum esse, ipsius constructionem instrumentis tantum perfecerunt, congruenter Apollonio Pergaeo, qui et resolutionem eius fecit per coni sectiones: alii per locos solidos Aristaei: nullus autem per ea, quae proprie plana appellantur. at Nicomedes et ratione illud fecit per lineam conchoidem, per quam et angulum tripartito divisit. exponemus igitur quattuor eius constructiones una cum quadam nostra tractatione. quarum prima quidem est Eratosthenis, secunda Nicomedis, tertia Heronis, maxime ad manuum operationem accommodata iis qui architecti esse volunt, ultima autem est a nobis inventa.*

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ Ἐρατοσθένης χαίρειν.

Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασιν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δὲ ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη εἰπεῖν

μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
διπλάσιος ἔστω· τοῦ καλοῦ δὲ μὴ σφαλεὶς
δίπλαζ' ἕκαστον κῶλον ἐν τάχει τάφου. [1])

ἐδόκει διημαρτηκέναι· τῶν γὰρ πλευρῶν διπλασιασθεισῶν τὸ μὲν ἐπίπεδον γίνεται τετραπλάσιον, τὸ δὲ στερεὸν ὀκταπλάσιον. ἐζητεῖτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς γεωμέτραις, τίνα ἄν τις τρόπον τὸ δοθὲν στερεὸν διαμένον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι διπλασιάσειεν καὶ ἐκαλεῖτο τὸ τοιοῦτον πρόβλημα κύβου διπλασιασμός· ὑποθέμενοι γὰρ κύβον ἐζήτουν τοῦτον διπλασιάσαι. πάντων δὲ διαπορούντων ἐπὶ πολὺν χρόνον πρῶτος Ἱπποκράτης ὁ Χῖος [2]) ἐπενόησεν ὅτι, ἐὰν εὑρεθῇ δύο εὐθειῶν γραμμῶν ὧν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονός ἐστι διπλασία δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, διπλασιασθήσεται ὁ κύβος, ὥστε τὸ ἀπόρημα αὐτὸ εἰς ἕτερον οὐκ ἔλασσον ἀπόρημα κατέστρεφε. μετὰ χρόνον δέ τινάς φασι Δηλίους ἐπιβαλλομένους κατὰ χρησμὸν διπλασιάσαι τινὰ τῶν

Lectiones codicum ex Torellii editione descripsi: A = Parisinus 2359, B = Par. 2360, C = Par. 2361, D = Par. 2362, L = Laurentianus 28, 4 (scripturae huius libri notantur omissis accentuum signis), V = Venetus. Littera b significo editionem Basileensem.

5 *βασιλικοῦ* Loensis miscell. epiph. p. 323. *βασιλεικοῦ* b *σικον* A 6 *διπλάσιος* Valckenarius diatr. p. 203. *διπλάσιον* b *τοῦ καλοῦ δὲ* Nauckius trag. Gr. fragm. p. 676. *τοῦ δὲ τοῦ καλοῦ* V. *τοῦ δὲ τοῦ κύβου* b. *καλόῦ* notatur etiam ex ABCDL. *κύβου* corr. marg. B. man. alt. *τοῦ κύβου δὲ* Valckenarius. (*ὁ δὲ τέκτων τοῦ κύβου ἐπισφαλεὶς* scr. Vieta op. math. p. 348) *σφαλεῖς* AD. *σφαλῆς* b 7 *δίπλαζ'* Nauckius. *διπλασίαζεν* V. *διπλασιάζεν* AD. *διπλασιάζων* b. *διπλασιάζων* lacunae signo antea posito Bernhardyus Erat. p. 176. *διπλασιάζων οὖν* Wurmius Jahrb. für Philol. u. Paedag. XIV (1830) p. 186. Hunc versum et sequentia usque ad *ἐζητεῖτο* pro spuriis habuit Dreslerus Eratosthenes von der Verdoppelung des Würfels p. 8. *τάχει* LV. *πάχει* b 8 *ἐδόκει διημαρτηκέναι* b. *δοκεῖ δ' ἡμαρτηκέναι* Nauckius

9 *γίνεται* b. *γὰρ* V 14 *πρῶτος* ACDL. *πρῶτον* b 17 *συνεχεῖ* b. *συνεχεία* B 18 *αὐτὸ* editio Torellii. *αὐτοῦ* b. *αὐτῷ* cj. Bernhardyus 19 *τινὰς* CDLV. *τινὰ* b 20 *ἐπιβαλλομένους* C. *ἐπιβαλλομένης* D. *ἐπιβαλομένης* AB. *ἐπιβαλομένης νόσου* b (*νόσου* deest in ABCDLV)

βωμῶν ἐμπεσεῖν εἰς τὸ αὐτὸ ἀπόρημα.[3] *διαπεμψαμένους*[4] *δὲ τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημίᾳ γεωμέτρας ἀξιοῦν αὐτοῖς εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. τῶν δὲ φιλοπόνως ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς καὶ ζητούντων δύο τῶν δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Ἀρχύτας μὲν ὁ Ταραντῖνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι, Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν.*[5] *συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς γεγραφέναι, χειρουργῆσαι δὲ καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μὴ δύνασθαι*[6] *πλὴν ἐπὶ βραχύ τι τοῦ Μεναίχμου, καὶ ταῦτα δυσχερῶς.*[7]


ἐπινενόηται δέ τις ὑφ᾽ ἡμῶν ὀργανικὴ λῆψις ῥᾳδία, δι᾽ ἧς εὑρήσομεν δύο τῶν δοθεισῶν οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ᾽ ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ. τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον μετασχηματίζειν καὶ ὅμοιον ποιεῖν καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντες τὴν ὁμοιότητα, ὥστε καὶ βωμοὺς καὶ ναούς, δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα καὶ ξηρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν ἢ μέδιμνον, εἰς κύβον καθίστασθαι καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα πόσον χωρεῖ. χρήσιμον δὲ ἔσται τὸ ἐπινόημα καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπαύξειν καταπαλτικὰ καὶ λιθοβόλα ὄργανα. δεῖ γὰρ ἀνάλογον ἅπαντα αὐξηθῆναι, καὶ τὰ πάχη καὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰς κατατρήσεις καὶ τὰς χοινικίδας καὶ τὰ ἐμβαλλόμενα νεῦρα, εἰ μέλλει καὶ

---

1 *ἐπιταχθέντας* (quod deest in ABCDLV) post *βωμῶν* add. b *διαμεμψαμένους* corr. *διαπεμψαμένους* L. *διαμεμψαμένους* BCDV. *διαμεμψαμένοις* b. *διαπεμψομένους* Torellius. *διοπομπησομένους* vel *ἀποδιοπομπησομένους* Bernhardyus 2 *πρὸς* post *δὲ* add. Fellus ad Ar. p. 33 3 *ἐπιδεδόντων* b. *ἐπιπεδόντων* A 4 *ἑαυτοὺς* Dreslerus p. 9. *ἑαυτοῖς* b. *αὐτοῖς* Bernhardyus *δύο τῶν δοθεισῶν* BCDLV. *τῶν* om. b 8 *γεγραφέναι* b. *ἀπογεγραφέναι* V 9 *ἐπὶ βραχύ τι* b. *ἐπὶ βραχύτητι* BCD. *βραχυτητι* L *Μεναίχμου* Bernh. *μενέχμου* b
11 *λῆψις* BCDV. (*ληψης* L.) om. b 12 *εὑρίσκομεν* C 15 *ἢ ἐξ ἑτέρου* b. *καὶ ἐξ ἑτέρου* Bernh. p. 181 *μετασχηματίζειν* ABCLV. *κατασχηματίζειν* D. *σχηματίζειν* b 16 *διατηροῦντας* b 17 *καὶ ναούς* b. om. D 18 *μετρητὴν ἢ μέδιμνον* Wurmius p. 190. *μετρητὴν μεδίμνων* b. *μετρητὴν μεδίμναον* 'Loensis. *μετρητὴν μέδιμνον* Torellius 19 *καθίστασθαι* BCDL. *καθιστάσθαι* V. *καθιστᾶναι* b 21 *καταπαλτικὰ* b. *καταπελτικὰ* Fellus 23 *κατατρήσεις* b. *καταμετρήσεις* DV. *καταμωτρήσεις* A 24 *χοινικιδας* L. *σχοινικίδας* b *μέλλει* D. *μέλει* BCL. *μένει* b


ἡ βολὴ ἀνάλογον ἐπαυξηθῆναι. ταῦτα δὲ οὐ δυνατὰ γενέσθαι ἄνευ τῆς τῶν μέσων εὑρέσεως. τὴν δὲ ἀπόδειξιν καὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ λεχθέντος ὀργάνου ὑπογέγραφά σοι.

Fig. 1.



δεδόσθωσαν δύο ἄνισοι εὐθεῖαι ὧν δεῖ δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ αἱ $\overline{αε}$ $\overline{δθ}$. καὶ κείσθω ἐπί τινος εὐθείας τῆς $\overline{εθ}$ πρὸς ὀρθὰς ἡ $\overline{αε}$. καὶ ἐπὶ τῆς $\overline{εθ}$ τρία συνεστάτω παραλληλόγραμμα ἐφεξῆς τὰ $\overline{αζ}$ $\overline{ζι}$ $\overline{ιθ}$. καὶ ἤχθωσαν διάμετροι ἐν αὐτοῖς αἱ $\overline{αζ}$ $\overline{λη}$ $\overline{ιθ}$. ἔσονται δὴ αὗται παράλληλοι. μένοντος δὴ τοῦ μέσου παραλληλογράμμου τοῦ $\overline{ζι}$ συνωσθήτω τὸ μὲν $\overline{αζ}$ ἐπάνω τοῦ μέσου, τὸ δὲ $\overline{ιθ}$ ὑποκάτω, καθάπερ ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος, ἕως οὗ

Fig. 2.



γένηται τὰ $\overline{α}$ $\overline{β}$ $\overline{γ}$ $\overline{δ}$ κατ' εὐθεῖαν. καὶ διήχθω διὰ τῶν $\overline{α}$ $\overline{β}$ $\overline{γ}$ $\overline{δ}$ σημείων εὐθεῖα. καὶ συμπιπτέτω τῇ $\overline{εθ}$ ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ $\overline{κ}$. ἔσται δὴ ὡς ἡ $\overline{ακ}$ πρὸς $\overline{κβ}$ ἐν μὲν ταῖς $\overline{αε}$ $\overline{ζβ}$ παραλλήλοις ἡ $\overline{εκ}$ πρὸς $\overline{κζ}$, ἐν δὲ ταῖς $\overline{αζ}$ $\overline{βη}$ παραλ-

1 βολὴ Torellius. βουλὴ b δυνατὰ b. δύναται B 7 συνεχεῖ b συνεχείᾳ B ut semper 11 καὶ ἡ $\overline{δθ}$ post ἡ $\overline{αε}$ add. Dreslerus p. 20 18 σημείων b. deest in V 19 ἔσται b. ἔστω V

λήλοις ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$. ὡς ἄρα ἡ $\overline{\alpha\kappa}$ πρὸς κβ, ἡ $\overline{\varepsilon\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\zeta}$ καὶ ἡ $\overline{\kappa\zeta}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$. πάλιν ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ $\overline{\beta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\gamma}$ ἐν μὲν ταῖς $\overline{\beta\zeta}$ $\overline{\gamma\eta}$ παραλλήλοις ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$, ἐν δὲ ταῖς $\overline{\beta\eta}$ $\overline{\gamma\vartheta}$ παραλλήλοις ἡ $\overline{\eta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\vartheta}$, ὡς ἄρα ἡ $\overline{\beta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\gamma}$ ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$ καὶ ἡ $\overline{\eta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\vartheta}$. ἀλλ' ὡς ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$ ἡ $\overline{\varepsilon\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\zeta}$. καὶ ὡς ἄρα ἡ $\overline{\varepsilon\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\zeta}$ ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$ καὶ ἡ $\overline{\eta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\vartheta}$. ἀλλ' ὡς ἡ $\overline{\varepsilon\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\zeta}$ ἡ $\overline{\alpha\varepsilon}$ πρὸς $\overline{\beta\zeta}$. ὡς δὲ ἡ $\overline{\zeta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\eta}$ ἡ $\overline{\beta\zeta}$ πρὸς $\overline{\gamma\eta}$. ὡς δὲ ἡ $\overline{\eta\kappa}$ πρὸς $\overline{\kappa\vartheta}$ ἡ $\overline{\gamma\eta}$ πρὸς $\overline{\delta\vartheta}$. καὶ ὡς ἄρα ἡ $\overline{\alpha\varepsilon}$ πρὸς $\overline{\beta\zeta}$ ἡ $\overline{\beta\zeta}$ πρὸς $\overline{\gamma\eta}$ καὶ ἡ $\overline{\gamma\eta}$ πρὸς $\overline{\delta\vartheta}$. ηὕρηνται ἄρα τῶν $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\delta\vartheta}$ δύο μέσαι ἥ τε $\overline{\beta\zeta}$ καὶ ἡ $\overline{\gamma\eta}$.[8])

ταῦτα οὖν ἐπὶ τῶν γεωμετρουμένων ἐπιφανειῶν ἀποδέδεικται.[9]) *ἵνα δὲ καὶ ὀργανικῶς δυνώμεθα τὰς δύο μέσας λαμβάνειν, διαπήγνυται πλινθίον ξύλινον ἢ ἐλεφάντινον ἢ χαλκοῦν, ἔχον τρεῖς πινακίσκους ἴσους ὡς λεπτοτάτους. ὧν ὁ μὲν μέσος ἐνήρμοσται, οἱ δὲ δύο ἐπωστοί εἰσιν ἐν χολέδραις, τοῖς δὲ μεγέθεσι καὶ ταῖς συμμετρίαις ὡς ἕκαστοι ἑαυτοὺς πείθουσι· τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀποδείξεως ὡσαύτως συντελεῖται. πρὸς δὲ τὸ ἀκριβέστερον λαμβάνεσθαι τὰς γραμμὰς φιλοτεχνητέον ἵνα ἐν τῷ συνάγεσθαι τοὺς πινακίσκους παράλληλα διαμένῃ πάντα καὶ ἄσχαστα καὶ ὁμαλῶς συναπτόμενα ἀλλήλοις. ἐν δὲ τῷ ἀναθήματι*[10]) *τὸ μὲν ὀργανικὸν χαλκοῦν ἐστι καὶ καθήρμοσται ὑπ' αὐτὴν τὴν στεφάνην τῆς στήλης προσμεμολυβδοχοημένον, ὑπ' αὐτοῦ δὲ ἡ ἀπόδειξις συντομώτερον φραζομένη καὶ τὸ σχῆμα, μετ' αὐτὸ δὲ ἐπίγραμμα. ὑπογεγράφθω οὖν σοι καὶ ταῦτα, ἵνα ἔχῃς καὶ*

---

1 *πρὸς κη* b. *πρὸς κν* V 2 *κη* b. *ζη* L 4 *ηκ* b. *ζκ* L 6 *καὶ ἡ ηκ* et sqq. usque ad *κη* l. 8 repetuntur in AD 8 *ἡ βζ πρὸς* etc. b. V haec habet: *καὶ ἡ ηκ πρὸς κθ ἀλλ' ὡς ἡ εκ πρὸς κζ ἡ αε πρὸς βζ. ὡς δὲ ἡ ζκ πρὸς κν ἡ βζ πρὸς γη. ὡς δὲ ἡ κη πρὸς κθ ἡ κγ πρὸς δ. καὶ ὡς δὲ ἡ ηκ* et sqq. usque ad *πρὸς γη* l. 9 repetuntur in AD 9 *ηὕρηνται* b. *εὕρηνται* V 11 *ἀποδέδεικται* ACDLV. *ἀποδέκται* b 14 *πινακίσκους* b. *πεινακιστους* L. *πυνακίστας* V. *πυνακιστάς* A 17 *ὡσαύτως* b. *ὡς αὐτῷ* A 19 *πινακίσκους* Fellus. *πιννακίσκους* b 20 *ὁμαλῶς* b. *ὁμαλοὺς* V 23 *προσμεμολυβδοχοημένον* Dreslerus p. 22. *πρὸς μεμολυβδοχημένων* b. *μεμολυβδοχημένον* notatur ex ACD, *μεμολυβδοχιμένον* ex V 24 *μετ' αὐτὸ* b. *μετὰ τοῦτο* Bernh. 25 *ἔχῃς* CL. *ἔχεις* b. *ἔχοις* Fellus.

ὡς ἐν τῷ ἀναθήματι. τῶν δὲ δύο σχημάτων τὸ δεύτερον γέγραπται ἐν τῇ στήλῃ.

δύο τῶν δοθεισῶν εὐθειῶν δύο μέσας ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. δεδόσθωσαν αἱ $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\delta\vartheta}$. *συνάγω δὴ τοὺς ἐν τῷ ὀργάνῳ πίνακας, ἕως ἂν κατ' εὐθεῖαν γένηται τὰ* $\overline{\alpha}$ $\overline{\beta}$ $\overline{\gamma}$ $\overline{\delta}$ *σημεῖα. νοείσθω δὴ ὡς ἔχει ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ* $\overline{\alpha\kappa}$ *πρὸς* $\overline{\kappa\beta}$ *ἐν μὲν ταῖς* $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\beta\zeta}$ *παραλλήλοις ἡ* $\overline{\varepsilon\kappa}$ *πρὸς* $\overline{\kappa\zeta}$, *ἐν δὲ ταῖς* $\overline{\alpha\zeta}$ $\overline{\beta\eta}$ *ἡ* $\overline{\zeta\kappa}$ *πρὸς* $\overline{\kappa\eta}$. *ὡς ἄρα ἡ* $\overline{\varepsilon\kappa}$ *πρὸς* $\overline{\kappa\zeta}$ *ἡ* $\overline{\kappa\zeta}$ *πρὸς* $\overline{\kappa\eta}$. *ὡς δὲ αὗται πρὸς ἀλλήλας εἰσίν, ἥ τε* $\overline{\alpha\varepsilon}$ *πρὸς* $\overline{\beta\zeta}$ *καὶ ἡ* $\overline{\beta\zeta}$ *πρὸς* $\overline{\gamma\eta}$. *ὡσαύτως δὲ δείξομεν ὅτι καὶ ὡς ἡ* $\overline{\zeta\beta}$ *πρὸς* $\overline{\gamma\eta}$ *ἡ* $\overline{\gamma\eta}$ *πρὸς* $\overline{\delta\vartheta}$. *ἀνάλογον ἄρα αἱ* $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\beta\zeta}$ $\overline{\gamma\eta}$ $\overline{\delta\vartheta}$. *ηὕρηνται ἄρα δύο τῶν δοθεισῶν δύο μέσαι. ἐὰν δὲ αἱ δοθεῖσαι μὴ ἴσαι ὦσι ταῖς* $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\delta\vartheta}$, *ποιήσαντες αὐταῖς ἀνάλογον τὰς* $\overline{\alpha\varepsilon}$ $\overline{\delta\vartheta}$ *τούτων ληψόμεθα τὰς μέσας καὶ ἐπανοίσομεν ἐπ' ἐκείνας καὶ ἐσόμεθα πεποιηκότες τὸ ἐπιταχθέν. ἐὰν δὲ πλείους μέσας ἐπιταχθῇ εὑρεῖν, εἰ ἑνὶ πλείους πινακίσκους καταστησόμεθα ἐν τῷ ὀργανίῳ τῶν ληφθησομένων μέσων, ταὐτὸν γενήσεται. ἡ δὲ ἀπόδειξις ἡ αὐτή.*

---

6 *ἔχει* B. *ἔχῃ* b 9 *ἀλλήλας εἰσὶν* AD. *ἀλλήλαε εἰσὶν* V. *ἀλλήλας* b 10 *βζ πρὸς γη* b. *κζ πρὸς κη* D. *πρὸς κη* notatur etiam ex V 18 *ταὐτὸν γενήσεται* om. b (Fellus cum ea addenda esse nesciret, *εἰ ἑνὶ πλείους* in *ἔτι πλείους* mutavit)

Εἰ κύβον ἐξ ὀλίγου διπλήσιον, ὠγαθέ, τεύχειν
φράζεαι, τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν
εὖ μεταμορφῶσαι, τόδε τοι πάρα, κἂν σύ γε μάνδρην
ἢ σιρὸν ἢ κοίλου φρείατος εὐρὺ κύτος
τῇδ᾽ ἀναμετρήσαιο, μέσας ὅτε τέρμασιν ἄκροις
συνδρομάδας δισσῶν ἐντὸς ἕλῃς κανόνων.
μηδὲ σύ γ᾽ Ἀρχύτεω δυσμήχανα ἔργα κυλίνδρων
μηδὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας
δίζηαι, μηδ᾽ εἴ τι θεουδέος Εὐδόξοιο
καμπύλον ἐν γραμμαῖς εἶδος ἀναγράφεται.
τοῖσδε δὲ ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχοις
ῥεῖά κεν ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος.
εὐαίων Πτολεμαῖε πατὴρ ὅτι παιδὶ συνηβῶν
πάνθ᾽ ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα
αὐτὸς ἐδωρήσω· τὸ δ᾽ ἐς ὕστερον, οὐράνιε Ζεῦ,
καὶ σκήπτρων ἐκ σῆς ἀντιάσειε χερός.
καὶ τὰ μὲν ὣς τελέοιτο· λέγοι δέ τις ἄνθεμα λεύσσων
τοῦ Κυρηναίου τοῦτ᾽ Ἐρατοσθένεος.

Epigr. vs. 1 *διπλησιον* L. *διπλάσιον* b 2 *φράζεαι* b. *φράζεται* AL *τὴν* b. *ἢ* Iacobs anth. Gr. t. VII p. 316 3 *τόδε* Reimer p. 146. *τό δέ* b. *τότε* Wurm p. 189 4 *σίρον* Vieta. *σεῖρον* b, in marg. *σωρὸν* 7 *δυσμήχανα* CD. *δισμήχανα* b 8 *Μεναιχμείους* Proclus in Eucl. El. p. 31. *μενεχμείους β* *κωνοτομεὶν* b. *κωνοτομῶν* cj. Bernh. 11 *τοῖσδε δὲ ἐν* b. *τοῖς δέ τε ἐν* Vieta. *τοῖςδε σὺ ἐν* Fell. *τοῖσδε δέ τ᾽ ἐν* Reimer. *τοῖςδε σύ γ᾽ ἐν* Hermann Orph. p. 769. *τοῖςδε δέ γ᾽ ἐν* Bernhardy. *τοῖσδε δέ κ᾽ ἐν* (et in vs. 12 cum B *μὲν*) cj. Wurm p. 192 12 *κεν* b. *μὲν* B 13 *πτολεμαῖε* ABCDL. *πτολεμαῖς* b *συνηβῶν* ACDLV. *συνήμων* B. *συνη ων* b 16 *χερὸς* b. *χειρὸς* V 17 *ἀνθ᾽ ἐμαλεύσων* V. *ανθ᾽ εμα* notatur ex L. *ἄνθεμα λεύσων* b.

Adnotationes

1. Recepi Nauckii emendationem: nam poetae verba etiam haec esse luculenter demonstrat eorum collocatio et vocula *κῶλον*. Id certe gravius est quam quod Bernhardyus et Dreslerus in contrariam partem protulerunt: pessimum scilicet atque absurdum esse in tragoedia (quam Euripidis Polyidum esse arbitratus est Valckenarius) tale inventum; quamquam iudicium eorum verum esse libentissime concedo. Illud quoque haud iniuria Dreslerus adnotavit minime esse conveniens, „wenn Eratosthenes seinen König, dem er schwereres begriffen zu haben zumuthet, noch besonders darüber belehrt, dass die doppelte Seite das Vierfache im Quadrat und das Achtfache im Würfel gebe.“ Denique autem fateor me semper miratum esse, quod Eratosthenes (si epistulam genuinam esse censemus) vocem *ἀρχαῖος* de Euripide aut poeta certe non antiquiore[1]) usurpavit. Ceterum in vs. altero nescio an iure in codice B *κύβου* sit correctum.

2. cf. Bretschneider p. 98 sq.

3. Theo Smyrn. p. 2 Bull. *Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλατωνικῷ φησιν, ὅτι Δηλίοις τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἐπὶ ἀπαλλαγῇ λοιμοῦ βωμὸν τοῦ ὄντος διπλασίονα κατασκευάσαι, πολλὴν ἀρχιτέκτοσιν ἐμπεσεῖν ἀπορίαν, ζητοῦσιν ὅπως χρὴ στερεὸν στερεοῦ γενέσθαι διπλάσιον, ἀφικέσθαι τε πευσομένους περὶ τούτου Πλάτωνος. τὸν δὲ φάναι*

---

1) Neque enim verum esse puto quod Nauckius scribit: „rerum mathematicarum ignorantia, quam Eutocio teste Eratosthenes in allatis versibus suo iure reprehendit, antiquiorem potius tragicum poetam quam Euripidem sapit“ (Eurip. trag. III p. VI). Ignorantia tam ridicula ne antiquiori quidem poetae tribui potest. In ipsa tragoedia, opinor, error regis postea est correctus (*ἐδόκει δ' ἡμαρτηκέναι*): talia autem Aeschyli temporibus in tragoediis ficta esse nunquam mihi persuadebo.

αὐτοῖς, ὡς ἄρα οὐ διπλασίου βωμοῦ ὁ θεὸς δεόμενος τοῦτο Δηλίοις ἐμαντεύσατο, προφέρων δὲ καὶ ὀνειδίζων τοῖς Ἕλλησιν ἀμελοῦσι μαθημάτων καὶ γεωμετρίας ὠλιγωρηκόσιν. Sensus huius narratiunculae in aperto est: continet enim nihil aliud nisi ignorantiae rerum mathematicarum quae erat illo saeculo cavillationem simplicissimam. Hac significatione in Eratosthenis Platonico fabulam relatam neque ullum momentum ad ipsum problema solvendum ei tributum fuisse clare ostendunt verba *ὡς ἄρα οὐ διπλασίου βωμοῦ ὁ θεὸς δεόμενος κτλ.* Neque aliter Plutarchus rem narrat (de EI apud Delphos p. 386): *ἔτι δ' ὥσπερ Πλάτων ἔλεγε, χρησμοῦ δοθέντος ὅπως τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν, ὃ τῆς ἄκρας ἕξεως περὶ γεωμετρίαν ἐστίν, οὐ τοῦτο προστάττειν τὸν θεόν, ἀλλὰ καὶ γεωμετρεῖν διακελεύεσθαι τοῖς Ἕλλησιν.* Perspicue Plutarchus hoc ipsum commemorat, deum aliud voluisse, aliud verbis expressisse. In alio quoque libro eandem narrationem Plutarchus profert (de genio Socr. p. 579), exornatam sane neque ita ut in singulis veritatis speciem adfectet (tribuit eam Simmiae cum Platone ex Aegypto revertenti), sed eadem significatione: *κομιζομένοις ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου περὶ Καρίαν Δηλίων τινὲς ἀπήντησαν, δεόμενοι Πλάτωνος ὡς γεωμετρικοῦ λῦσαι χρησμὸν αὐτοῖς ἄτοπον ὑπὸ τοῦ θεοῦ προβεβλημένον. ἦν δὲ χρησμὸς Δηλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι παῦλαν τῶν παρόντων κακῶν ἔσεσθαι διπλασιάσασι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν. οὔτε δὲ τὴν διάνοιαν ἐκεῖνοι συμβάλλειν δυνάμενοι καὶ περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες (ἑκάστης γὰρ τῶν τεσσάρων πλευρῶν διπλασιαζομένης ἔλαθον τῇ αὐξήσει τόπον στερεὸν ὀκταπλάσιον ἀπεργασάμενοι δι' ἀπειρίαν ἀναλογίας ἣ τῷ μήκει διπλάσιον παρέχεται) Πλάτωνα τῆς ἀπορίας ἐπεκαλοῦντο βοηθόν· ὁ δὲ τοῦ Αἰγυπτίου μνησθεὶς προσπαίζειν ἔφη τὸν θεὸν Ἕλλησιν, ὀλιγωροῦσι παιδείας, οἷον ἐφυβρίζοντα τὴν ἀμαθίαν ἡμῶν καὶ κελεύοντα γεωμετρίας ἅπτεσθαι μὴ παρέργως· οὐ γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι καὶ δυοῖν μέσων ἀνάλογον λῆψιν· ᾗ μόνῃ διπλασιάζεται*

σχῆμα κυβικοῦ σώματος ἐκ πάσης ὁμοίως αὐξανόμενον διαστάσεως· τοῦτο μὲν οὖν Εὔδοξον αὐτοῖς τὸν Κνίδιον ἢ τὸν Κυζικηνὸν Ἑλικῶνα συντελέσειν. μὴ τοῦτο δ' οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησι πᾶσι, πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους Μούσαις ὁμιλεῖν κτλ. Videmus Platonem hoc loco idem respondentem — atque in eo summa rei vertitur — quod in duobus aliis quae citavi scriptis: non aram duplicis magnitudinis a deo posci sed meliorem rerum mathematicarum scientiam. — At longe diversam narrationem, id quod etiam Bernhardyus cognovit (p. 168), epistula nostra praebet. Delii non Platonem adeunt sed mathematicos qui in Academia versari dicuntur, omnesque nihil aliud cogitant aut sentiunt, nisi re vera de ara duplicanda agi; mathematici igitur opus aggrediuntur, atque ita oraculo sane efficitur, ut problematis solutiones docto studio inveniantur. Vides, omne acumen ex fabula hoc modo sublatum esse. Neque ullo alio loco ita eam relatam invenimus.[1]) Apud Ioannem Philoponum (ad Arist. Anal. post. I 7) Plato proponit quidem discipulis illam quaestionem: sed Deliis ibi quoque respondet: *ἔοικεν ὑμῖν ὀνειδίζειν ὁ θεὸς ὡς ἀμελοῦσι γεωμετρίας.* Eademque legimus in iis quae traduntur in prolegomenis philosophiae Platonis (c. 5), quamquám ibi finis pestilentiae solutione problematis adductus esse perhibetur. — Quae cum ita sint, statuendum nobis est (si epistulam genuinam existimamus) Eratosthenem, cum eandem fabellam bis narraret, non solum singulas res diversis modis protulisse, verum etiam significatum narrationis prorsus mutasse: illic oraculum reprehensionem ignorantiae et incitationem ad scientiam colendam continet, hic ad ipsam quam verba eius indicant quaestionem spectat magnumque momentum habet ad eam solvendam.

4. Cf. Wurm p. 187 sq.

5. Laert. Diog. VIII 90 *ὁ δ' αὐτός* (Apollodorus) *φησι τὸν Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατο-*

---

1) Valerius Maximus VIII 12 ext. 1 tam inepta tradit, ut eius ratio non habenda sit.

στὴν Ὀλυμπιάδα εὑρεῖν τε τὰ περὶ τὰς καμπύλας γραμμάς. Eutoc. p. 135 (supra p. 122).


6. Pappus VIII p. 338 Gerh. *αὐτίκα γοῦν τὸ καλούμενον Δηλιακὸν πρόβλημα τῇ φύσει στερεὸν ὑπάρχον οὐχ οἷόν τε ἦν κατασκευάσαι τῷ γεωμετρικῷ λόγῳ κατακολουθοῦντας, ἐπεὶ μηδὲ τὰς τοῦ κώνου τομὰς ῥᾴδιον ἐν ἐπιπέδῳ γράφειν ἦν, τοῖς δ' ὀργάνοις μεταληφθὲν εἰς χειρουργίαν καὶ κατασκευὴν ἐπιτήδειον μᾶλλον τῆς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐκτεθειμένης οὕτως ἀναχθείη τὸ προκείμενον. λέγω δὲ τὸ κύβον διπλάσιον εὑρεῖν.*

7. Plut. conv. disput. p. 718 F *διὸ καὶ Πλάτων αὐτὸς ἐμέμψατο τοὺς περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύταν καὶ Μέναιχμον εἰς ὀργανικὰς καὶ μηχανικὰς κατασκευὰς τὸν τοῦ στερεοῦ διπλασιασμὸν ἀπάγειν ἐπιχειροῦντας, ὥσπερ πειρωμένους διὰ λόγου δύο μέσας ἀνάλογον μὴ παρείκοι* (?) *λαβεῖν, ἀπόλλυσθαι γὰρ οὕτω καὶ διαφθείρεσθαι τὸ γεωμετρίας ἀγαθὸν αὖθις ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ παλινδρομούσης καὶ μὴ φερομένης ἄνω μηδὲ ἀντιλαμβανομένης τῶν ἀιδίων καὶ ἀσωμάτων εἰκόνων, πρὸς οἷσπερ ὢν ὁ θεὸς ἀεὶ θεός ἐστι.* Cf. Plut. Marc. 14. Bretschneider p. 162. Iis quae de Archytae solutione Eutocius praebet loci Plutarchei repugnant. Cf. Blass de Plat. math. p. 28.

8. Paulo aliter Pappus (a Commandino conv.) III probl. 1 prop. 5. *Duabus datis rectis lineis duas medias proportionales in continua analogia invenire. Vt Eratosthenes.*

Sit plinthium compactum ABCD, et in ipso triangula orthogonia aequalia AEH, MFK, NGL, quae rectos angulos habeant ad puncta EFG: et triangulum quidem AEH affixum maneat, triangulum vero MFK moveatur in regulis AB, CD, ita ut MF in regula AB feratur, canalem per totum habente, et vertex K in CD, nempe canali per totam longitudinem incavato. similiter et triangulum NGL in regulis AB, CD, per dictos canales moveatur. his igitur

Fig. 3.



hoc modo praeparatis, si quis velit cubum cubi duplum facere, assumens AC ipsius LX duplam, distrahensque triangula MFK, NGL, quoad puncta AX in eadem recta linea constituantur, in qua triangulorum sectiones PO, contingat rectam lineam $APOX$ occurrentem ipsi CD in R; hoc enim necessario fieri oportet. et ita quod propositum est assequetur. nam cum sit ut AC ad PH, ita AR ad RP et AH ad PK et HR ad RK et PH ad OK et PR ad RO et PK ad OL et KR ad RL et OK ad LX: erunt linearum AC LX duae mediae PH OK in continua analogia; atque est AC dupla LX. cubus igitur qui sit ex AC duplus erit eius qui ex PH cubi. quod si cubus ad cubum alium quendam proportionem habeat, eandem habere oportet AC ad LX, et reliqua simili ratione construentur. ex quo perspicue constat fieri non posse ut propositum per plana solvatur.

Vides in hac demonstratione Eratostheni attributa non parallelogramma adhiberi sed triangula orthogonia, neque medium sed primum triangulum affixum esse immotumque manere. Res est eadem.

9. Perperam Reimerus p. 136 „librum de geometricis superficiebus“ hic significatum esse putavit.

10. Permirum quod Eratosthenes ne uno quidem verbo lectores certiores facit, ubinam *ἀνάθημα* a se positum sit. Nam soli Ptolemaeo hanc epistulam fuisse destinatam nemo opinabitur.

Epigr. vs. 1. Cur tandem p a r v u m cubum dicit? Nonne solutio de o m n i b u s cubis duplicandis valet? Bernhardyus defendit illud *ὀλίγου* versu 12. Sed ibi auctor carminis non ad magnitudinem cubi, sed ad d u a s medias proportionales spectat quae opponuntur *μεσογράφοις μ υ ρ ί ο ι ς*.

2. Verba *τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν εὖ μεταμορφῶσαι* Bernhardyus ad solam cubi multiplicationem refert dicitque: „adiecto *πᾶσαν* conditionem superioris quaestionis perspicue liquet indicari, ne quis ridiculam Deliorum viam ineat cubum cubo imponentium.“ Sed neglexit nos docere,

ubi poeta indicaverit cubum in cubum mutari. Nam certe non idem est mutare in aliud (ἐς ἄλλο μεταμορφῶσαι) ac mutare in aliud quod eandem habeat formam. Immo verba illa ἐς ἄλλο μεταμορφῶσαι nihil aliud significare possunt nisi mutare in aliam formam (μορφήν), servata nimirum magnitudine, vel ut Wurmii verbis utar (p. 190) „ein Parallelepipedon zu finden, das einem gegebenen gleich und einem andern gegebenen ähnlich sei.“ Atque ita etiam Iacobsius locum interpretatus est (anth. Gr. t. VII p. 316). Epist. p. 126 τούτου δὲ εὑρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερεὸν παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι ἢ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον μετασχηματίζειν. Quivis autem intelleget a poeta metri necessitate coacto sententiam mutilatam eoque corruptam esse omissis illis παραλληλογράμμοις περιεχόμενον: neque enim repertis duabus mediis proportionalibus statim v. gr. cubum in sphaeram vel conum in parallelepipedon mutare possumus.

5. Ad τῇδ' Wurmius p. 190 subaudiendum esse existimat τῇ εὐθείᾳ: „du könntest auch mit dieser geraden Linie, nämlich mit der durch das Aufsuchen zweier mittl. Prop.-Linien zu findenden Seite des Würfels, der z. B. einem Medimnus gleich ist, ein Getraidebehältniss ausmessen.“ Sed in iis quae praecedunt cum recta illa linea non commemoretur, non licet vocem τῇδε ita interpretari. Inter complures explicationes a Reimero propositas et simplicissima et unice vera est ea qua τῇδε vertatur „hac ratione“ (μέσας ὅτε τέρμασιν κτλ.).

ἀναμετρήσαιο: epist. p. 126 διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα.

6. Verbis μέσας ὅτε τέρμασιν κτλ. poeta rationem geometricam in epistula descriptam infelici successu versibus aptare conatus est, neque mirandum quod viri docti de explicatione obscuri loci diversas protulerunt sententias. Absolvit rem docta Wurmii disputatio (p. 190 sqq.), qua priorum opiniones refutantur.

8. Proclus in Eucl. El. p. 31 *ἐπινοεῖσθαι δὲ ταύτας τὰς τομὰς τὰς μὲν ὑπὸ Μεναίχμου, τὰς κωνικάς, ὃ καὶ Ἐρατοσθένης ἱστορῶν λέγει· μηδὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας.* Ceterum solutionem hoc versu significatam a Menaechmo, qui primus sectiones conicas contemplatus est, non profectam esse Blassius haud contemnendis argumentis evincere studet (p. 28).

9. Animadvertas quaeso turpissimum soloecismum qui verbis *μηδὲ δίζηαι* continetur: sive *δίζηαι* coniunctivum sive cum Bernhardyo indicativum esse putamus.

10. Epist. p. 126 *Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν.*

11. *μεσόγραφα μυρία:* epist. p. 126 *ἐπινενόηται δέ τις ὑφ' ἡμῶν ὀργανικὴ λῆψις ῥᾳδία, δι' ἧς εὑρήσομεν δύο τῶν δοθεισῶν οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ' ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ.*

13. *παιδὶ σὺν ἡβῶν* Bernhardyus, hac addita interpretatione: „felix tibi, Ptolemaee, contigit aevum, ut qui valetudine adhuc integra, quaecunque et Musis et regibus exoptata sint, una cum filio praestes.“ At verba *πάντα κτλ. ἐδωρήσω* tum nihil haberent quo apte possent referri. Eo quod pater cum filio *συνηβᾶν* dicitur, apud hunc poetam non offendendum censeo, et *συνηβῶν* utique praeferendum scripturae *συνήμων* quae maxime languet. Quod vero Bernhardyus praeterea ad impugnandam vulgatam scripturam profert „multo minus conversio ad Iovem filio regis nobilitando, de quo levis esset mentio iniecta, statui posset“, non verum est. Quoniam enim ad *πάντα ἐδωρήσω* ex praecedentibus supplendum est *τῷ παιδί*, minime levis mentio de filio iniecta est, sed summa totius sententiae ad eum pertinet.

INDICES

Tabula qua series fragmentis a Bernhardyo data cum nostra dispositione comparatur

I	Bernh. Merc. III
II	LII. LIII
III	II
IV	IV
V	XII
VI	Geogr. LXXXIV
VII	Merc. LVII
VIII	V
IX	XXXVII
XII	VIII
XIV	VI
XV	XIII
XVII	LV
XVIII	XIV
XIX	XV
XX	XXII
XXI	de chron. VI
XXII	Merc. XXI
XXIII	XXIX
XXIV	XXVIII
XXV	VII
XXVI	XXVII
XXVII	IX
XXVIII	de antiqua com. XLVIII
XXIX	Merc. XXV
XXX	XXIII
XXXII	XXVI
XXXIII	XXIV
XXXIV	XX
XXXV	X
XXXVI	LVIII
XXXVII	I
XXXVIII	XI

Bernh. Merc. XVI	v. p. 66
XVII	73
XVIII	70
XIX	95
XXX—XXXV	71
XXXVI	18
XXXVIII	72
XXXIX	66
XL. XLI	72
XLII	73
XLIII. XLIV	72
XLV	96
XLVI	72
XLVII	73
XLVIII	66
XLIX	73

Index fontium

Index verborum